sed umbra distinctum, iuxta quod legitur sic: AL||DVS. Errata in paginarum numeris sunt tomo I.: 168 loco 182; 167 loco 189; 342 loco 234; 252 loco 253; 266 loco 267: T. II. vero: 73 loco 93; 130 loco 131; 131 loco 132. 254 et 255 dupliter numerantur. In fine *f.* 3 variarum lectionum, ante in titulo datam loci et anni inscriptionem, extat signaturarum series sic scripta: „1 aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk || ll mm nn oo pp qq rr ff tt uu || xx. A B C D E F G H I K L|| M N O P Q R S T. || Quaterniones omnes, exceptis primo,ı || & secundo quorum alter Quinternio, || duernio alter.“ Iuxta *sign.* ad sinist. legitur norma „Demosth.“ Exemplar unum huius familiae, quae tamen priori cedit nitore, bibliotheca acad. Lips. adservat. Eiusmodi exemplaria non eodem modo raro, ut prioris familiae occurrunt, sed correctius sunt impressa. Ceterum duas certe posteriores familias exemplarium litterarum formis adhibitis, et insigni typ. in fronte posito, versuum paginarumque diversa descriptione et in fine data inscriptione valde inter se differre non nemo facile animadvertit. Quae tamen causa Aldum moverit, ut diversis formis bis eadem temporis notatione, Demosthenem describendum curaret, nemo unquam fortasse coniectura assequi poterit, neque quidquam certi ex Aldi ipsius verbis in epistola ad Clarium, ubi leguntur haec: „Nam abhinc fere triennium desyderanti tibi orationes Demosthenis brevi me informatas mea cura publicaturū recepi. Sed tot id tentanti mihi acciderunt ĩpedimenta, ut persaepe excudi coeptas ĩtermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante, illudq; Iuuenalis saepe repetente, Diis ille aduersis genitus, fatoq; sinistro, cum ēt admodum quã pauca earum orationum exempla imprimenda curauerim, idq; coactus, quod in nullo ante accidit uolumĩe excuso in thermis nostris.“ colligi potest. Sed cuilibet historiam Aldi typographiae perlustranti, praesertim si accuratius, quam adhuc factum, post *Reiskium*, videtur, diversitatem insignis typ. adhibiti expendit, non re vera omnia Demosthenis exemplaria a. 1504, sed multo serius haec posterioris familiae typis descripta et in lucem emissa esse, facile patebit. Iam *Reiskius* hanc a me ultimo loco indicatam Aldinam appellat iuniorem, ob insignis typogr. in fronte positi formam, dicitque: „uterque delphinus inprimis est dissimillimus.“ Eadem insignis typ. forma, quae in posterioris sive iunioris familiae exemplaribus conspicitur, primum in editione Alexandri Aphrod. Commentarii in Aristotelis priora analytica a. 1520 in lucem emissa adhibita est, qua de causa posteriorem quoque vel iuniorem Demosthenis editionem eodem tempore prodiisse puto. Praeter Theocritum Aldinum, quod iam *Reiskius* Tom. I. praef. p. IX sq. adnotavit, eadem fortuna Virgilio contigit, qui primus a. 1514 prodiit, deinde iteratus est cum eiusdem anni notatione: quae repetitio tamen, ut ex diverso insigni typ. liquet, circiter a. 1519, vel paulo post, facta est; cf. quoque *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. III. (1825) p. 98 sq. Idem fere contigit Iuvenali, cuius item exemplaria diversa extant, sed eiusdem anni notatione. Fortasse, et id mihi probabilius videtur, belli a. 1506 Italiam perturbantis iniquitatibus, quae quoque Aldum Venetiis fugere cogebant, exemplaria Demosthenis plurima nisi fortasse omnia perdita fuerunt, aliaque sedato bello i. e. post annum 1512 describi curavit. *Reiskius* utriusque insignis typ. diversi formam repeti quam accuratissime curavit Tom. I. praefat. p. LXXXVI sq., utut diversae typorum formae specimen ibidem p. XXXVIII. exhibuit. *Renouard* tantummodo insigne typogr., quod in priore editione est adhibitum, imitatum repetiit, neque alterum, quod tamen aegre desideratur. Iuniorem editionen diligentius, et e melioribus codicibus ab Aldo curatam esse, dicit *Reiskius* in T. I. praefat. p. VII sq. Secundum alium locum Aldi epistolae ad Clarium *(f. 3 a)*, ubi leguntur: „Has uerò Demosthenis orationes Clari doctiss. nomini tuo nuncupatas, ex Neacademia nostra emittimus, ob multas causas,“ *etc.* ex illa Neacademia prodiit Demosthenes, quae tamen alia est ac illa Accademia Veneta, condita a. 1556, et de qua singularem libellum scripsit *Lunze* a. 1801. Neacademiae illius leges graece conscriptae primus *Morelli* Mil. a. 1806 publicavit inter *Aldi Scripta* tria, sed deinde graece latine *Morellio* interprete et gallice accuratius *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. III. (1825, 8) p. 211 sqq. Ulpiani commentaria ib. a. 1503 eademque forma prodierunt.

1532, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΔΥΟ ΚΑΙ ΕΞΗΚΟΝΤΑ.* HABES LECTOR — DEMOSTHENIS Graecorum oratorum omnium facile principis orationes duas & sexaginta, & in easdem VLPIANI commentarios, quantum extat: LIBANII Argumenta: Tum collectas à studioso quodam (*Iac. Rubero*) ex Des. Erasmi Rot. Guilhelmi Budaei atq; aliorum lucubrationibus Annotationes. Ad haec ipsius, Plutarcho Libanioq; authoribus, uitam.

Et lectionem denique variam. *Infra insigne typogr. Infra:* BASILEAE, PER IOHANNEM HERVAGIVM MENSE SEPTEMBRI M. D. XXXII. *In fine f. penultimo:* BASILEAE, PER IHANNEM HERVAGIVM, MENSE SEPTEMBRI. ANNO M. D. XXXII. —— 12 *ff.* praefixa, 532 et 507 pp., et 20 *ff.* Ut apparet, duobus tomis constat. Ex Aldina editione a me tertio loco collocata est repetita, quod et nuper *Maur. Herm. Ed. Meier* in praef. ad orat. in Mediam p. V. confirmare studuit: raroque occurrit. In fine Aldinae editionis variae lectiones leguntur. *Budaei* animadversiones sunt ex eiusdem commentariis Graecae Linguae depromptae. *Reiske* accuratius editionem describit T. I. praef. p. XI—XVI, et de ea p. XII dicit: „Leguntur quidem in hac editione, quae ad Aldinam expressa est, nonnulla melius, quam in Aldina. Sed possunt illa a Sim. Grynaeo, aut si quo alio Hervagius tum uteretur mendarum typographicarum correctore, profecta esse. Ab Erasmo tantummodo praefatio postulabatur, commendationis ergo, quo liber esset vendibilior. Praestat haec editio multis rebus Aldinae; chartarum magnitudine, typorumque; tum quod appositos statim ad texti oram Ulpiani commentarios habet, qui ab Aldo seorsim editi fuerant; accessit denique huic editioni primae Herwaginae primum quasi fundamentum commentariorum in Demosthenem e scriptis Erasmi et Budaei aliorumque a Iacobo Rubero collecta farrago, in Wolfiana quoque editione servata." Rep. 1547; sed conf. seq. Bibl. acad. Lips.

1543, 8. Demosthenis orationum nunc diligenti recognitione emendatarum (*a I. Bern. Feliciano*) Pars Prima. In qva et vita ipsius Oratoris, et deliberativae sexdecim eius Orationes una cum exordiis deliberativis, et duae demonstrativae continentur. Pars Secunda. In qva Iudiciales novem eius publicae Orationes continentur. Pars Tertia. Qvae Iudiciales tres et triginta privatas eius continet orationes. Venetiis apud Franc. Bruciolum et fratres eius. M.D.XLIII. *Voll. III.* —— Rarissima fere omnium veterum Demosthenis, nitida omniumque facile accuratissime impressa editio. Omnes eam magni habent. Emendationes ex non indicatis Mstis haustae unicuique tomo sunt subnexae. Haec editio omnium quae postea prodierunt, fundus fuit, ita ut et orationum divisionem retinerent. Vol. I. complectitur 40 *ff.* praefixa (*sign.* A—E), quorum duo vacant, et 183 num. *ff.*; Vol. II. 8 *ff.* praefixa, quorum item duo vacant, 364 num. et 3 non num. *ff.*; Vol. III. 4 *ff.* praefixa, quorum 1 vacat, et 360 num. *ff.*, quorum ult. falso numerum 358 habet. *Reiskius* ea aegre carebat. *Brunet* in Manuel du Libraire affert satis accuratam huius editionis notitiam.

1547, 8. Demosthenis Orationum, nunc longe diligentiore qvam unqvam hactenus recognitione emendatarum Pars Prima. — Pars Secunda. — Pars tertia. Basileae per Io. Hervagium. *Voll. III.* —— *Taylor* apud *Reiskium* Appar. T. IV. p. 1193 indicat: „Felicianam etiam, ne litterula quidem immutata, typis suis exprimi voluit Hervagius;" sed *Hi. Wolfius*, qui editioni praefuit, multa correxit secundum emendationes *Pet. Danesii* et *Vinc. Obsopoei.* Nitida editio.

1549, f. — gr. et lat. Edidit Hi. Wolf. Bas., Oporin. —— Quamquam a *Fabricio* et *Harlesio*, qui *Thottium* sunt secuti, aliisque, ut *Reiske* T. I. praefat. p. XXII, *F. A. Wolf.* Lept. p. 208, *Beck.* de Pace praef. p. 21, *C. A. Rüdiger*, et *Schweiger*, qui et aliam editionem enumerat *s. a.*, quae tamen itidem non extat, haec editio citatur, fortasse non extat. Ceterum iam *Götz* in Die Merkwürdigkeiten der Dresd. Bibl. T. I. p. 260 de hac editione dubitationem commovit; deinde *Taylor* quoque in Prolegg. p. 709 his verbis: „vehementer ambigo de fide istius editionis graeco-latinae Wolfii et aliorum vers. Dem. circa hoc tempus ex eadem officina et in eadem forma, et ad eam ipsam video alludier." Etiam *Beckius* l. c. hanc primam *Vuolfii* graecolatinam editionem citat; at si extat, omnium rarissima est.

1554, 8. *Δημοσθένους λόγων τμῆμα πρῶτον.* Demosthenis Orationvm pars prima: In qva Deliberativae sexdecim eius orationes, una cum exordiis deliberatiuis, & duae demonstratiuae continentur. *In fine:* Venetiis, in Aedibvs Pavli Manvtii, Aldi filii, M. D. LIIII. *Voll. III.* —— Vol. II. est Pars secunda: „In qva Ivdiciales novem eivs publicae Orationes continentvr."; *Vol. III.* autem Pars tertia: „Qvae Ivdiciales tres, et triginta privatas eivs continet Orationes." in cuius fine: „Venetiis, aprd Pavlvm Manvtivm, Aldi filivm. M. D. LIIII. —— Tomus vel Pars I. 121 *ff.*, quorum 8 sunt praefixa contextui, et 2 in fine varias lectiones et in titulo datam inscriptionem; tomus vel Pars II. 248 *ff.*, quorum 3 habent varias lectiones et inscriptionem, et 1 vacat; tomus vel Pars III. 243 *ff.* complectitur. In titulo infra insigne typogr. le-

gitur: „*Corrigente Paulo Manutio, Aldi filio.*“ Venetiis. M. D. LIIII. Ex *Feliciani* editione negligentissime expressa est, et ab illa nisi fere in operarum erroribus discrepat: itaque non multum valet, quamquam raro occurrit. *Reiske* huius editiones discrepantes lectiones satis accurate exhibuit. Bibl. acad. Lips. Secundum *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. I. p. 385 duo exx. in ch. m. extant.

1570, f. *Δημοσθενους λογοι και προοιμια δημηγορικα και επιστολαι. συν ταις ἐξηγησεσιν ὠφελιμωταταις του Οὐλπιανου ῥητορος, τῃ των παλαιων ἀντιγραφων βασιλικων ἐπικουριᾳ αὐξηθεισαις και διορθωθεισαις, δια φιλοπονιας και ἐπιμελειας του Γουλιελμου Μορελιου Τυπογραφου βασιλικου. Ἐκ βιβλιοθηκης βασιλικης. Προσετεθη βιος Δημοσθενους, και ἀλλα πολλα προς τον του αὐτου ῥητορος βιον ἀνηκοντα* etc. Lutetiae Parisiorum apud Ioan. Benenatum. —— 26 *ff.* praefixa, 798 pp., et 1 *f.*, quod inscriptionem continet. Bibl. sen. Lips. Fundus huius nitidae raraeque editionis est illa Hervagiana a. 1532. *Morelius* qui editionem iam a. 1558 condidit, octo codices mstos bibl. regiae Paris. contulit, et discrepantes lectiones in ora exemplaris sui notavit, et scholia multo auxit; sed non satisfecit iis, penes quos iudicium est. *Reiskius* in sua paranda editione hanc substravit, sed multo salutarius fuerit Demostheni, quod ipse profitetur, aliique postea testantur, si Feliciana usus fuerit. *Lambinus* morte abreptus absolvere opus non potuit, quod postea *I. Benenatus* fecit, qui *Dionysium Lambinum* praeposuit operi. Raro exx. in ch. m. occurrunt. Alia exemplaria, inscripta sunt in titulo: „Lutetiae MDLXX. apud Michaelem Sonnium sub scuto Basiliensi, via Iacobaea“, et in fine: „Ioannes Benenatus absolvebat“. Hanc editionem descripsit *Goetz* in Merkwürdigk. der Dresd. Bibl. T. I. p. 257 sq. Alia exx. (quorum unum in bibl. Gotting.) itidem habent: „Lutetiae, M. D. LXX. Apud Iacobum Dupuys. Cum Priuilegio Regis,“ et in fine: „Lutetiae Parisiorum, Kalendis Febr. M. D. LXX. Ioannes Benenatus absoluebat.“ Quod *Hamberger* in Zuverlässigen Nachrichten T. I. p. 291, et censor *Reiskii* in Philologische Bibliothek. (Götting., 1770) Vol. I. P. II. p. 41 notavit. Posterioris editionis exemplari *Beckius* usus est in paranda sua editione *de Pace*. Ceterum dubitationem de veritate anni inscriptionis posteriorum exemplorum movit *G. Veesenmeyer* in Bibliograph. und biograph. Analekten. (Ulm, 1826, 8) p. 14 sq. Haec posteriora exemplaria sunt illis *Sonnii* accuratius correcta.

1572, f. Demosthenis et Aeschinis Principum Graeciae Oratorum opera. Cum utriusq; autoris Vita et Vlpiani Commentariis, novisq; Scholiis ex Quarta eaque postrema recognitione, graecolatina: Sex codicum impressorum et inter hos Parisienses nuper editi: duorum mstorum, alterius Pannonij, alterius ex Augustana Bibl. fidelissima collatione, a mendis repurgata, varijs Lectionibus adaucta, Annotationibus illustrata: per Hieronymum Wolfium Oettingensem, utriusque linguae in Augustana schola professorem. Indices duos adjecimus, Catalogum operum Praefationi subiecimus, Gnomologiam Demosthenicam seorsim ad scholarum usum excudimus. Basileae, Ex officina Herwagiana per Eusebium Episcopium. MDLXXII. *Partt. VI.* —— 18 *ff.* praefixa, 744 pp., et 16 *ff.* Accedit Ulpianus complectens 218 pp. et 12 *ff.* index, in ult. annus est notatus. Maximi habenda editio ob insignia editoris merita de oratore. Apparatum criticum duorum nondum adhibitorum codicum collationibus auxit. *F. A. Wolfius* hoc iudicium tulit: „contextus ipse, qui habetur in illa Basileensi posteriore, multo est quam antea correctior, ut saepe orator ibi etiam inoffensius legatur, quam in postrema Lipsiensi.“ Hanc habent secundam *Wolfii* graecolatinam editionem *Reiskius* et *Beckius*. Bibl. acad. et sen. Lips. *V.* 1604.

1604, f. Demosthenis et Aeschinis Opera, cum utriusque auctoris vita et Vlpiani Commentariis, novisque scholiis. Annotationibus ill. et var. lect. adi. Hier. Wolfius. (*Graece et Latine.*) Fref., apud Cl. Marnium et haeredes Io. Aubrii. —— 34 *ff.*, LXXIV pp., 3 *ff.*, 1464 pp., et 21 *ff.* Praeter mutatum ordinem aliaque, ante sub a. 1572 enumerata est editio. Accessit huic editioni *Andreae Schotti* vita Demosthenis, iam a. 1603, 4. *AV.* edita, et in calce adiectae: Lectiones in Demosthene diversae tum e cod. quodam vetusto Italico, tum ex Aldina, cui illas vir doct. adscripserat. Ulpiani commentaria cuilibet orationi sunt adnexa. *V.* 1572 et 1607.

1607, f. Demosthenis et Aeschinis Principum Graeciae Oratorum Opera, cum utriusque Autoris vita, et Vlpiani Commentariis, ex postrema recognitione Graecolatina sex codicum tam impressorum, quàm manuscriptorum, à mendis

repurgata, doctissimúsqve notis illustrata, Per Hier. Wolfium *etc.* Aureliae Allobrogum, Excudebat Petrus de la Rouiere. CIↃIↃCVII. —— Omissae sunt *Hi. Wolfii* notae, praefatio, gnomologia et Libanii argumenta: qua de causa haec editio non magni habetur. Bibl. acad. Lips. *V.* 1607.

1607, f. — Genevae. —— Haec ut posterior a. 1642 tantummodo secundum mutatum titulum et priora *ff.* extat. *V.* 1607.

1642, f. — Francofurti, sumptibus Wilh. Serlini. —— *V.* 1607.

1748 — 1757, 4. *Δημοσθενους, Αισχινου, Δειναρχου και Δημαδου τα σωζομενα.* Graece et Latine, Tomvs secvndvs (*et*) Tomvs tertivs. Edidit I. Taylor LL. D. *etc.* Collegii D. Ioannis Cant. Socius et Cancellarius Lincolniensis. Cantabrigiae typis academicis. —— Tantummodo Vol. II. (1757), et Vol. III. (1748) prodierunt, quibus deinde a. 1774 titulus novus praefixus est, quod praeter alios inprimis *W. Th. Lowndes* in The Bibliographer's Manual. (Ld., W. Pickering. 1828, 8 mai.) P. V. p. 569 annotavit. Et in ch. m. exx. extant. Vol. II. decem iudiciales Demosthenis orationes, quae apud *Hi. Wolfium* P. III. leguntur; et Vol. III. Demosthenis et Aeschinis orationes contrariae continentur. Fundus huius editionis est illa a. 1604. *Taylor* suis notis illas *Hi. Wolfii*, *Marklandi* et *Iurini* inseruit. Quae *Taylor* ipse adnotavit, praecipue ius et antiquitates Atticas explicant, minus autem quod ad criticam artem pertinet. Omnia *Reiske* in suam editionem transtulit. Ceterum bella editio rarissimaque. Bibl. acad. Lips.

1770 sqq., 8. Oratorum Graecorum, quorum princeps est Demosthenes, quae supersunt monumenta ingenii, e bonis libris a se emendata, materia critica, commentariis integris Hi. Wolfii, I. Taylori, Ier. Marklandi et suis, indicibus denique instructa edidit I. Iac. Reiske. Vol. I. partem priorem dimidiam Demosthenis tenens, graece. Vol. II. partem posteriorem dimidiam Demosthenis tenens, una cum scholiis graecis e cod. Bavarico nunc primum editis, aliis ex Augustano fidelius redditis. Lipsiae. —— CVIII, 1492 et 260 pp. Hae duo volumina sunt I. et II. corporis Oratorum. Substrata est editio a. 1570. Ad contextum graecum emendandum editiones veteres et codices mstos atque coniecturas suas aliorumque adhibuit. Ubi ex ingenio suo mutavit, asteriscum loco adpinxit, et in praefatione priorem lectionem indicavit; ubi autem ad fidem codicum mutavit, ibi extinctam lectionem non indicavit, quod tamen dolendum. Adpendix Voluminis II. complectitur, praeter indices accuratissimos, et tabulam editionum comparativam, scholia inedita codicis msti Monac., codicis August. auctius quam apud *Hi. Wolfium*, et quae in ora exemplaris cuiusdam Aldinae editionis adscripta erant, quae posteriora una cum hoc exemplari editionis *Lessingius Reiskio* suppeditavit, quaeque postea Scholia Lessingiana sunt appellata. Conf. Allgem. Deut. Bibl. Vol. XXX. p. 569 — 585, et Philologische Bibl. (Gött., 1770 — 1771, 8) Vol. I. P. I. p. 38 sqq. P. III. p. 217 sqq. Adparatum *v.* infra III. initio indicatum.

1790, 4. Demosthenis et Aeschinis, quae supersunt omnia, iuxta accuratissimorum omnium, quotquot habent bibliotheca regia et Sangermanensis codices, manuscriptorum et impressorum inspectionem, iuxta auctoritatem librorum quos adierunt Taylorus et Reiskius, graece et latine edidit Athan. Auger, cum versione nova, triplici indice, variantibus lectionibus et brevioribus notis. Tom. I. continens universas, quae ad Philippum pertinent conciones et huius epistolam. Paris, typis graecis novis Pet. Didot. —— LIII, 479. 12 *fr.*, ch. membr. 36 *fr.* In praef. p. I sqq. de adhibitis codicibus et editionibus agitur; p. XX sqq. habentur: De scriptis veterum ab editore emendandis observationes criticae, quae in eiusdem Lysia leguntur; p. XLI sqq.: Vita Demosthenis ex Libanio. Triginta et novem codices adhibiti non satis accurate sunt collati, ita ut editio non magni habenda sit, quamquam splendida. Continentur hoc primo volumine undecim orationes philippicae et Philippi epistola.

1812 — 1813, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ. Εν Βιεννῃ της Αουστριας. Εκ της τυπογραφιας Ιωαν. Βαρθ. Σβεκιου πρωην Βενδωτου.* **Voll. IV.** *ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ.* **Vol. V.** *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΕΞΙΚΟΝ. Εκ της τυπογραφιας Αντωνιου χαϊ κουλ.* 1813. **Vol. VI.** —— *λβ'*, 378, 399, 394, 368 et 1 *f.*: *παροραματα.*; Ulpianus 495 pp.; Lex. Demosth. 398 pp. Continentur Vol. I. in praemissis Libanii introductio; Demosthenis orationes ex usitato ordine a prima Olynthiaca usque ad orationem de corona; Vol. II. usque ad orationem contra Aristocratem; Vol. III. usque ad illam adversus Leocharem; Vol. IV. reliquas orationes, prooemia, epistolae, Zosimi vita Demosthenis, et alia

vita. Cuilibet orationi praemissa est Libanii argumentum. Orationes singulas capitibus et paragraphis distinxit, textuique subiecit notas exegeticas. Vol. VI. complectitur lexicon sive indicem Demosthenicum, cuius fundus est ille ab *Reiskio* confectus, cuique iterum explicationes inseruit. Quod ad textum attinet, substravit quidem *Reiskii* recensionem, sed saepe ab eo recedit, iureque lectiones vulgatas, i. e. editionis a. 1604 restituit. Itaque non spernendam editionem confecit *Neophytus Ducas*, praecipue cum Ulpiani commentaria repeti curaverit. Ceterum pertinet ad corpus Atticorum Oratorum ab eodem *Duca* editum. *V.* Oratores. Conf. quoque *Seebodii* Bibl. 1823. Vol. II. p. 948 sqq. Non satisfacit *Bekker* in libro Demosthenes als Staatsbürger *etc.* 1e Abthl. Literatur des Demosthenes. (Qdlb., 1830, 8) p. 105, ne formam editionis quidem indicavit.

1812 — 1813, 12. Demosthenis Opera. Ad optimorum libror. fidem accurate edita. (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Tauchnitz. *Voll. V.* —— 2 *Th.* 12 *Gr.* Accuratissime ex *Reiskii* recensione repetita editio, sed Reiskianae editionis numeri pagg. non sunt adscripti.

1818, 12. Demosthenis Opera. *etc. Ed. ster.* Lps., Tauchnitz. *Voll. V.* —— 1 *Th.* 6 *Gr.*; ch. mel. 3 *Th.* 18 *Gr.* Volumina singulatim quoque venalia prostant. Tomo ultimo habentur: *Amatorius, Prooemia*, et *Epistolae.*

1819 — 1821, 8. Oeuvres complètes de Démosthène et d'Eschine, en grec et en français, traduction de l'abbé Auger. NE., revue et corrigée par J. Planche. Paris, Verdière. *Voll. X.* —— 90 *fr.* Omissa sunt *Augeri* introductio et rerum index. Secundum notitiam, quam *Quérard* in La France Litéraire. (Paris, chez Firm. Didot. 1828, 8 mai.) T. II. p. 473 dedit, contextum graecum accurate recognovit *Boissonade*, atque notas magni aestimandas adiecit. 25 exx. in ch. membr. extant, 220 *fr.*

1821 — 1822, 12 mai. Demosthenis Opera *etc.* (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Weigel. *Voll. V.* —— 1 *Th.* 6 *Gr.* Hac in editione Reiskianae numeri pagg. sunt adpicti.

1822 — 1826, 8 mai. Demosthenis qvae supersunt e bonis libris a se emendata edidit I. Iac. Reiske. Editio correctior, curante Gf. H. Schaefero. Ld., Black. *Partt. IV.* —— 9 *Th.* 18 *Gr.* Tom. I. et II. (1824, 1825; 888, 622 pp.) continentur textus graecus, Scholia graeca, tabulae editionum comparativa. Lectiones *Bekkeri* sunt in notis adnotatae, praetereaque *Reiskii* animadversiones in multo meliorem ordinem redactae. T. III. (1826 670 pp.) habet *Wolfii* versionem latinam; et P. IV. 1823 774 pp.) Indices. Conf. censuram in ephem. litt. univ. 1828. m. Ian., et in *Iahnii* Jahrbücher 1826. I. 2. p. 253 — 263. Adparatum *v.* infra sub III. initio indicatum.

1822, 8. Demosthenis Opera omnia, Graece cum Scholiis, ex edit. Reiskii et Schaeferi. Ld. *Voll. II.* —— 24 *sh.*, ch. m. 32 *sh.*

1823, 8 mai. Demosthenes, ex rec. Imm. Bekkeri. *Partt. IV.* —— VIII, 1614 pp. Pertinet ad eiusdem Corpus oratorum Atticorum, (*O.r.*, et rep. *Brl.*, Reimer) estque Vol. IV. et V. In constituendo Demosthenis textu *Bekker* quindecim codices mstos, quorum undecim Paris., adhibuit, sed nihil de iis, deque eo quid valeant singuli, disputavit editor. Conf. Götting. gel. Anz. 1828 fasc. 196. p. 1945 sqq.

1824, 8. Demosthenis et Aeschinis Opera. Textui, qui Variorum est, apposita est Lectio Reiskiana. *Graece et Latine.* Ld., Priestly. *Voll. IV.* —— 3 *L.* 3 *sh.* Contextus graecus et versio latina separatim quoque venduntur. Sic *W. Th. Lowndes* in The Bibliographer's Manual. (Ld., W. Pickering. 1828, 8 mai.) P. V. p. 569.

1825, 12 mai. *Δημοσθένους λόγοι.* Demosthenis Orationes. *Graece.* Edidit Gu. Dindorf. Lps., Teubner. *Voll. III.* —— 2 *Th.* 20 *Gr.*, ch. angl. 4 *Th.* 6 *Gr.* Ex *Bekkeri* recensione, sed emendatius et accuratissime typis est expressa. Reiskianae editionis numeri pagg. adpositi sunt. Ad duas priores orationes Olynthiacas codicis Hafn. collatio est adhibita. In praefatione p. I — XIV. notas criticas *Dindorfius* protulit.

1828, 8. Demosthenis et Aeschinis quae exstant omnia, Indicibus locupletissimis, continua Interpretatione Latina, Varietate Lectionis, Scholiis tum Ulpianis tum anonymis, Annotationibus Variorum et suis illustravit Gul. Steph. Dobson. Accedunt Animadversiones Reiskii, *etc., etc.* Lond. *Voll. X.* —— 8 *L.*, et in ch. m. exx. extant.

Bb) *Delectus.*

AA. Orationes.

Aaa) Deliberativae.

aaa) Plures coniunctim.

1593, 4. Demosthenis Orationes XV, cum interpretatione Nicholai (?) Carri;

III Olynthiacarum, IV Philippicarum. Ox., ex offic. typographica Ios. Barnesii. —— Frustra, quod miror, apud *Beckerum* in libro Demosthenes als Staatsbürger *etc.* 1e Abtheil. Literatur des Demosthenes. (Qdlb., 1830, 8) quaesivi; omnium unicus *Brüggemann*, sequutus *Herbertum*, in A View of the english editions p. 160 hanc notitiam mihi suppeditavit.

1597, 4. Demosthenis Orationes XV. Graece. Ox., ex off. typ. Ios. Barnesii.

1672, 12. *Δημοσθενους λογοι εκλεκτοι.* Selectae Demosthenis Orationes. (De Republica ordinanda, de Classibus, de Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis, de foedere Alexandreo; Olynthiacae tres, Philippicae quatuor.) In usum studiosorum hoc modo separatim excusae. *Graece.* Ld., typis I. Redmayne, MDCLXXII. —— Deest apud *Beckerum.* Rep. 1686.

1686, 12. — Ld., H. Mortlock.

1712, 4. *Δημοσθενους δημηγορικοι λογοι Λατινισι μεταφρασθεντες.* Demosthenis Orationes De Republica ad Populum habitae. *Alius titulus est: Δημοσθηνους δημηγορικοι λογοι Λατινιξι μεταφρασθεντες.* Demosthenis Orationes De Republica ad Populum habitae: Latio donatae ab Jo. Vincentio Lucchesinio Patritio Lucensi, Cum notis Criticis, & Historicis. Ad SS. Dūm Nostrum Clementem, undecimum Pontificem Maximum. Romae, MDCCXII. ex Typographia Antonii de Rubeis in Platea Cerensi. *Superiorum facultate.* —— 24 *ff.* praefixa, 449 pp. et 10 *ff.* index. Hoc delectu continentur orationes hae: 1) de Classibus; 2) de Megalopolitis; 3) contra Philippum oratio I.; 4) de Rhodiorum libertate; 5—7) Olynthiacae III.; 8) de Pace; 9) contra Philippum oratio II; 10) de Chersonesi rebus; 11) Philippi epistola et oratio ad epistolam Philippi; 12) de ordinanda republica. Reliquae orationes deliberativae, quae hic desiderantur, consilio *Lucchesini* omisit. Pag. 145 — 171 habentur annotationes in *Wolfii* interpretationem Demosthenis, quae non sunt spernendae. Pag. 171 — 449 annotationes historicae sequuntur. Agmen claudit index rerum. Falso *Becker* l. c. p. 108 citat Ebertum p. 460 loco 464; ceterum tamen accurate editionem describit. *V.* Catalogum bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 116, et Catalogue de la bibl. du Roi. Belles Lettres T. I. p. 105 no. 1697. *Weigelii* Apparatum litterar. (1821, 4.) no. 6882. Bibl. acad. Lips.

1726, 12. Demosthenis selectae orationes, graece et latine, de republica ordinanda, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis; Olynthiacarum III; Philippicarum IV. Londini. —— Apud *Beckerum* l. c. deest, qua de causa ab eo *Brüggemanni* diligentissime elaboratum librum non adhibitum fuisse suspicor.

1746, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΈΚΛΕΚΤΟΙ, δηλαδη, περι Συνταξεως, περι Συμμοριων, περι της των Ροδιων Ελευθεριας, ὑπερ των Μεγαλοπολιτων, Ὀλυνθιακοι τρεις, Φιλιππικοι τεσσαρες.* In Usum studiosorum hoc modo separatim excuduntur. Londini: typis I. Hughs. Impensis A. Ward, C. Hitch et W. Redmayne; prostant etiam apud I. et R. Bonwicke, T. Longman et W. Sewell, et I. Newton. MDCCXLVI. —— Sic *Brüggemann* in A Supplement to the View of the english editions *etc.* (Stettin, 1801, 8 mai.) p. 38. Eaedem orationes ib. eod. a. latine versae prodierunt, *v.* infra II. 8b).

1755, 8. *Δημοσθενους λογοι δημηγορικοι δωδεκα.* Demosthenis Orationes de Republica Duodecim, cum Wolfiana Interpretatione denuo castigata, et Notis historicis I. Vinc. Lucchesini. Accessit Philippi Epistola. Edidit Gu. Allen, A. M. Londini, Bathurst. *Voll. II.* —— Magni in Anglia habita editio. Vol. I. continentur contextus graecus et versio latina; vol. II. notae et tabula geograph. Ceterum diligentissime correcta editio. Rep. 1807 sq.

1807 — 1810, 8. Demosthenis orationes de Republica duodecim; Graece. Ox. —— Ex editione a. 1755 repetita est. 3 *sh.*, ch. m. 6 *sh.* *V.* 1810.

1810, 8. — Editio nova. Ox. *Voll. II.* —— 7 *sh.*, ch. m. 12 *sh.* *V.* 1755.

1823, 8 mai. Demosthenis Orationes Philippicae et Suasoriae. Ex rec. Imm. Bekkeri, et cum notis variorum. Ld., Priestly. —— 9 *sh.*

1832, 8 mai. Demosthenis Philippica prima, Olynthiacae tres et de Pace. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit Gu. A. Klinkmueller. Soraviae et Bunslaviae, Julien. —— XXII, 46 pp. 8 *Gr.*

bbb) Singulae classes separatim.

1) Philippicae.

aa) *Omnes coniunctim.*

α) Sine a. notitia.

—, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae tres, & quatuor Philippicae,

cum quibusdam alijs, eiusdem argumenti nunc primùm adiectis, in vsum adolescentium recte Graecè discere cupientium separatim editae. *Graece.* ARGENTORATI, Excudebat Theodosius Rihelius. —— 109 num. et .3 vac. *ff.* In Catal. bibl. Bunav. T. I. Vol. I. p. 117 indicatur, accuratius autem apud *Beckerum* l. c. p. 107. Continet Philippicarum orationum Olynthiacas tres, Philippicas quatuor, de pace, de Chersoneso, Philippi epistolam, orationem in Philippi epistolam, de Haloneso, illamque περι συνταξεως. Praemissa sunt: dignissimorum hominum de Demosthene testimonia. In ora autem libri nonnullae variae lectiones sunt notatae. Nitide et accurate correcta prodiit intra a. 1550 — 1560. Bibl. acad. Lips.

β) Cum a. notitia.

1541, 4. Demosthenis Orationes Philippicae. Paris.

1554, 4. — graece. Lutetiae apud Gu. Morel.

1750, 8. Demosthenis orationes philippicae, *graece.* Adiecta est in fine versio latina Hi. Wolfii. Glasguae, excud. Rob. et And. Foulis. —— Pluribus mendis inquinata editio.

1754, 12. *Δημοσθενους οι λογοι Φιλιππικοι ἁπαντες.* Accedunt interpretatio et notae. Dublini, aed. Acad. *Voll. II.* —— Omnes ex Dionysii ordine Philippicas orationes continet, omissa tamen illa *de Haloneso*, cum illam non germanam habeat. Versioni *Wolfii* praemissa sunt Libanii et Tourrelii prolegomena, et versione finita, notae latinae sequuntur, quarum maxima pars ex illis *Wolfii*, *Tourrelii* et *Oliveti* delecta est. Nitidissima editio, quam accurate describit *Becker* l. c. p. 109 sq.

1762, 12. Demosthenis Orationes Philippicae duodecim. Graece. Glasg., impr. Foulis. —— 3 *sh.*, ch. m. 16 *sh.*

1773 — 1774, 8. Demosthenis Orationes omnes, quae ad Philippum spectant, Graece et Latine ex recensione Ios. Stock. Dublini. *Voll. II.*

bb) ***Plures coniunctim.***

α) Sine l. et a. notitia.

—, 8. Plutarchi Oratio consolatoria ad Apollonium. Demosthenis Atheniensis Rhetoris Orationes: Olynthiacae III. praevia Libanii hypothesi. Eiusdem de pace Oratio, praevia, ut supra, hypothesi. Lysiae super Eratosthenis φονου Apologia. Isocratis Sermo de pace. In fine: *Τελος του περι της ειρηνης λογου Ισοκρατους.* —— 95 *ff.* In fronte est insigne typ. Iuntarum, sicuti in editione Plauti a. 1514, et Ciceronis epistolarum ad Atticos a. 1514, ceterisque libris eiusdem temporis. *Renouard* in Annal. (1825) T. III. p. 407 autem hanc editionem dubiis Iuntinis adnumerat, sed eam ex ea officina prodiisse prorsus non dubitat.

β) Cum l. et a. notitia.

1531, 4. Demosthenis Orationes *λογοι κατα Φιλιππου* viz. contra Philippum prima. De Pace, contra Philippum secunda, de Haloneso, de Chersoneso, contra Philippum tertia et quarta; adversus epistolam Philippi; epistola Philippi; *Graece.* Excudendum curabat Gerardus Morrius Campensis Lutetiae apud collegium Sorbonae. M. D. XXXI. mense Septembri.

1537, 4 min. Demosthenis Orationes V, commentariis Beroaldi, Trapezuntii, Hegendorphini, Sturmii et scholiis Ascensii illustratae. Paris., ex officina Vascosani.

1538, 8. Demosthenis orationes Olynthiacae tres et Philippicae duae priores, graece, in usum puerorum — separatim editae. Bas., ap. Nic. Brylingerum.

1539, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Arg.

1541, 8. Demosthenis Olynthiaca I. (*et reliquae*, *item Philippicae*, *de Pace*, *de Corona*). *Graece.* Romae. —— Bibl. Vimariens.

1547, 8. Demosthenis Olynthiacae tres, Philippicae quatuor, contra Aristogitonem duae, graece et latine. Frcf., ap. Pet. Brubach.

1548. 8. Demosthenis Orationes aliquot in usum scholarum. Bas.

1549, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Graece et Latine. Bas.

1564, 8. — Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Graece. Arg. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1582, 8. Demosthenis de Pace, Oratio; eiusdem Philippica prima et secunda. Graece. Antverpiae.

1599, 8. Demosthenis Olynthiacae et Philippicae, graece et latine. Ingolst. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1610, 8. Demosthenis Orationes Olyn-

thyiacae III, et Philippicae IV, et contra Aristogitonem. II. Arg.

1620, 12. Demosthenis Orationes Olynthiacae et Philippicae quatuor, graece et latine cum argumentis Libanii. Ad usum studiosae iuventutis. Aug. Munat.

1699, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae et Philippicae, graece et latine simul editae cum argumentis Libanii. Ingolst.

1731, 8. *Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοί.* Demosthenis selectae Orationes. (Philippica I. et III. Olynthiacae orationes.) Ad codices MSS recensuit, Textum, Scholiasten, & versionem pluribus in locis castigavit, Notis insuper illustravit Ricardus Mounteney, *etc.* Praefiguntur (*I. Chapmanni*) Observationes in Commentarios vulgò Ulpianeos. et Tabula Antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Cbr., typis academicis. —— Haec editio in Anglia magni habetur, et repetita est. Complectitur orationem Philippicam primam et olynthiacas tres. Collati sunt codex mstus Leid. et duae codd. msti Bodleiani. Scholia hic et illic emendata prodeunt; textui et scholiis praeterea adiecta est *Wolfii* versio. Notae sunt criticae et exegeticae. Et in ch. m. exx. extant. Rep. 1748 et saepius.

1748, 8. — Editio Secunda emendatior. Ld., Apud R. Montagu, *etc.*, Etonae, Apud Jos. Pote. MDCCXLVIII. —— xlvii pp., 1 tab. geograph., 364 pp. Bibl. acad. Lips. *V.* 1731 et 1752.

1750, 12. Demosthenis Orationes Philippicae et Olynthiacae. Graece et Latine. Glsg. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1752, — 1755, — 1764, — 1768, — 1771, — 1778, — 1785, — 1791, — 1799, 8. — Londini et Etonae. —— *V.* 1811 et 1748.

1811, 8. *Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοί.* Demosthenis selectae orationes. Ad codd. Mss. recensuit textum scholia et versionem pluribus in locis castigavit, notis insuper illustravit Ric. Mounteney. Edit. XII. emendatior et auctior. Cum Tabula. Lond. —— *V.* 1820.

1816, 8. Demosthenis Philippicae. Ad codices cum a Reiskio et Augerio tum a se collatos recognovit Imm. Bekkerus. Apposita est lectio Reiskiana. Brl., impensis Ge. Reimeri. —— IV, 122 pp. 12 *Gr.* Pluribus locis differt haec editio a posterioribus a. 1825. Conf. ephem. litt. univ. 1818. no. 135. p. 242 sq. Continentur hic: Philippica prima; Olynthiaca prima (vulgo secunda); Olynthiaca secunda (vulgo tertia); Olynthiaca tertia (vulgo prima); de Pace; Philippica secunda; de Chersoneso; Philippica tertia. *V.* 1825.

1818, 8 mai. Demosthenis Oratio Philippica I., Olynthiacae III, et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit C. A. Rüdiger. Lps., Weidmann. —— XV, 207 pp. 1 *Th.* Introductio ad Demosthenem legendum consilio editioris esse debebat editio, et satisfecit: conf. ephem. litt. univ. 1820. no. 148. p. 314 sqq. Multo emendatius prodiit 1829.

1820, 8 mai. *Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοί.* Demosthenis selectae orationes. Ad codd. mss. recensuit, textum, scholiasten et versionem, plurimis in locis castigavit, notis insuper illustravit Rich. Mounteney. Praefiguntur Observationes (*I. Chapmanni*) in Commentarios vulgo Ulpianeos, et Tabulae antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Adiicitur etiam Index locupletissimus. Edit. XIII. emendatior et auctior. Ld., ap. F. C. et I. Rivington. —— XL, 343 pp. *V.* 1811, et conf. Annal. Heidelberg. 1826. p. 179.

1824, 8. Harangues politiques de Démosthène, Recueil contenant les trois Olynthiennes, les quatre Philippiques, les discours sur la paix et sur le Chersonèse, publié avec une Introduction des Commentaires et une carte de la Grèce, par R. Toepfer. Genève, Cherbuliez. —— VII, XL, 316 pp.

1825, 8 mai. Demosthenis Philippicae. In usum scholarum iterum edidit Imm. Bekker. Apposita est lectio Reiskiana. Brl., Reimer. —— 80 pp. 8 *Gr.* De *Bekkeri* tribus inter se discrepantibus editionibus v. *Rauchensteinium* in *Iahnii* Annal. XII. fasc. IV. p. 383 sqq.

1829, 8 mai. Demosthenis Philippica prima: Olynthiacae tres, et de Pace. Textum ad Imm. Bekkeri editiones recognovit, selectas aliorum suasque notas subiecit, commentarium historicum scripsit, varietatem lectionis ex aliquot codicibus enotatum et indices adiecit C. A. Rüdiger. Editio altera emendatior. Lps., Weidmann. —— XVI, 239 pp. 1 *Th.* Prodiit et s. tit.: Demosthenis Philippicae. Edidit C. A. Ruediger. P. I. Censuram bonae frugis plenam c. in *Iahnii* Annal. 1829. XII. 4. p. 386 sqq.

1829, 8. Demosthenis Philippicae Orationes V et Libanii Vita Demosthenis eiusdemque argumenta ex rec. Imm. Bekkeri cum tribus Codd. Mss. collata. Edidit, prolegomenis et annotatione perpe-

tua illustravit Ioann. Theodorus Vömel. Frcf. ad M., Broenner. *Partt. II.* —— XX, 312, 324 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 4 *Th.* Pars II. commentarios, indices et adpendicem complectitur. Conf. magni momenti censuram in *Iahnii* Annal. 1829. XI. 2. p. 147 sqq., et in ephem. litt. schol. univ. 1830. no. 82; Annal. Heidelberg. 1830. fasc. III. p. 302—309. Inprimis res animadversiones *Voemelii* spectant et explicant: qua de causa haec editio multum valet. Textus est, paucis mutatis, e *Bekkeri* recensione repetitus.

1829, 8. Demosthenis orationes selectae commentariis, in usum scholarum instructae ab Io. Henr. Bremi. Sectio I. Gothae et Erfordiae sumtib. Gu. Hennings. —— XXXII. 298 pp. 1 *Th.* 4 *Gr.*; ch. scr. 1 *Th.* 12 *Gr.*; ch. membr. 1 *Th.* 18 *Gr.* Est Vol. XV. Scriptorum orat. pedestris. Conf. de hac valde commendanda laudandaque editione censuram in ephem. litt. schol. univ. 1830. no. 81. Continentur hac editione: p. 13 sqq. Oratio I. adversus Aphobum; p. 51 sqq.: Oratio II. adversus Aphobum; p. 61 sqq.: adversus Aphobum de falsis testimoniis; p. 88 sqq.: Oratio I. adversus Onetorem; p. 106 sqq.: Oratio II. adversus Onetorem; p. 112 sqq.: Oratio I. Philippica; p. 146 sqq.: Orationes Olynthiacae tres, secundum Dionysii ordinem; p. 199 sqq.: Oratio II. Philippica; p. 214 sqq.: de Chersoneso; p. 244 sqq.: Oratio Philippica III. De hac et *Voemelii* editione conf. quoque Bibl. crit. novam, Vol. V. P. I. p. 174—224. Fundus est *Bekkeri* recensio, receptis *Dindorfii* suisque emendationibus ad fidem praecipue codicis Paris. no. 2934.

1831, 8. Demosthenis oratio Philippica I., Olynthiaca I. II. et III., de Pace; Aeschinis contra Demosthenem, Demosthenis de Corona orationes. Edidit E. H. Barker. Lond., Valpy.

cc) *Orationes similis argumenti separatim.*

1a) Olynthiacae.

a) Omnes coniunctim.

α) Sine a. notitia.

—, 8. Demosthenis Olynthiacae tres. Graece. Arg., apud Thdr. Richel. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Ibidem alia ab mox enumeranda editione diversa citatur. Deest apud *Beckerum.*

—, 8. —-cum scholiis Melanchthonis et Camerarii. Bas. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum.*

β) Cum a. notitia.

1521, 4. Demosthenis Olynthiacae Orationes, Graece. Adduntur insuper Homeri Libri primus et secundus. Graece. Lovanij apud Theodoricum Martinum Alostensem Anno MDXXI. Mense Februario.

1524, 4. Luciani Icaromenippus, et Dialogus Neptuni et Mercurii. Xenophontis Hieron. Demosthenis Olynthiacae. Libanius de Menelao Helenam repetente. Gregorius Theologus quomodo theologiae vacandum. Epigrammata quaedam in humanam vitam. Graece omnia cum Francisci Vergarae praefatione. Compluti in aedibus Michaelis Deguia. MDXXIIII. mense Iunio.

1528, 4. Demosthenis Orationes tres Olynthiacae a Ioanne Chaeradamo editae. Graece. Parisiis apud Pet. Vidouaeum. —— Rarissime occurrit.

1547. 8. — gr. et lat. Frcf. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum.*

1549, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae. Bas.

1552, 4. Demosthenis Olynthiacae orationes tres, Graece. Paris., apud Ch. Wechelum.

1556, 4. — graece. Paris. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum.*

1560, 8. Δημοσθένους — Demosthenis Olynthiacae tres, gr. et lat. ut conferri ab utriusque linguae studiosis possint. Cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certissimo, ad scholarum usum per Nic. Gallottum Catalaunensem. Basileae. *In fine:* Basileae per J. Oporinum. —— Versio latina est *Galloti*, eiusque notae omnino non sunt contemnendae.

1569, 8. Demosthenis recogniti graeco-latini una cum Aeschine brevi edendi specimen. Olynthiacae orationes tres, et vita Demosthenis atque Aeschinis, cum annotationibus et gnomologiis. Auctore Hier. Wolfio. Bas. ex officina Hervagiana.

1576, 4. — Graece. Lt. —— Sic in Catal. bibl. Musei Oxon. Vol I. (Ld., 1757, f. mai.) s. v. Demosthenes.

1579, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III. Graece. Atw. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1585, 8. Δημοσθένους — Demosthe-

nis oratoris Atheniensis Olynthiacae orationes tres, analysi dialectica, historica, ethica et politica a Martino Bemmlero Tigurino ita illustratae, ut vel mediocriter in lingua graeca eruditi, eas sine difficultate legere possint. Accessit in fine earundem orationum latina interpretatio a Rudolpho Collino, qui multos annos magna cum laude graecas litteras publice docuit, ita elaborata, ut vice longi commentarii esse possit. Francofurdi (?) apud Ioan. Wechelum, impensis Roberti Cambieri. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1581, 4. — Olynthiacae tres. Graece. Apud Io. Lertout.

1599, 8. — cum argumentis Libanii. Ingolst. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235, quae notitia apud *Beckerum* l. c. deest.

1622, 8. — graece. Coloniae.

1629, 4. Demosthenis Olynthiacae III. Graece. Frcf.

1643, 4. — Helmst.

1699, 4. — Graece. Magdeb.

1814, 8. Essais sur Démosthène, et sur son Eloquence, contenant une traduction des Harangues pour Olynthe avec le texte en regard, des Considérations sur les beautés des pensées et du style de l'Orateur Athénien, (*par Dupin*). Paris. —— Conf. de hac editione, cui nihil fere bonae indolis inest, Museum Crit. Cantab. T. I. p. 563 sqq., ubi multa vituperantur.

1824, 12. Harangues Olynthiennes de Démosthène, en grec, avec notes et analyses des discours, par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.*

1827, 12. — en grec, avec des sommaires français, revues et corrigées par G. Duplessis. Paris, Nyon.

1829, 12. Démosthène. Olynthiennes, expliqués en français, suivant la méthode des collèges, par deux traductions, l'une litterale et interlinéaire, avec la construction du grec dans l'ordre naturel des idées, l'autre conforme au génie de la langue française; précedée du texte pur et accompagnée de notes explicatives *etc.* Traduction de l'abbé Auger, revue par Fréderic Prier. Paris, A. Delalain.

b) Singulae singulatim.

α) Sine a. notitia.

—, 8. F. 1 *a*: Demosthenis Olynthiaca Prima (*Graece*). Vuittembergae. —— Secundum *Panzerum* in Annal. T. IX. p. 100 no. 324 „Typis Melch. Lottheri iun." impressa est. *Strobel* in Beiträge p. 228, Melanchthonem esse editorem suspicatus est.

β) Cum a. notitia.

1521, 8. Demosthenis Olynthiaca prima. Vittehergae. 1521.

1524, 8. DEMOSTHEnis olynthiaca prima in latinam lingvam versa a PHIL. MEL. (*Accedit versio latina Ioachimi Camerarii, cum textu graeco.*) *In fine*: Haganoae, per Iohannem Secerium. Anno MDXXIIII. —— 8 *ff.* *Melanchthoni* versionem, 8 *ff.* *Camerarii* versionem, et 8 *ff.* contextum graecum continentia. Notitiam huius editionis exhibet *Panzer* in Annal. T. VII. p. 94 no. 214. Bibl. acad. Lips.

1525, 4. —— *V.* infra Bbb) 1) 4 d).

1554, 8. Martini Crusii Commentariolum in primam Demosthenis Olynthiacam Sturmianam. Eiusdem Scholia in eandem, et Epitome ex Diodoro Siculo de statu illorum temporum in Graecia. His addita est conversio Ioan. Sturmii. Argentorati excudebat Blasius Fabricius Chemnicensis 1554. —— 338 pp. Continentur: Libanii Argumentum in primam orationem Olynthiacam, gr. et lat. ex *Crusii* versione; Demosthenis Oratio prima Olynthiaca, gr. et lat. interprete Io. Sturmio; I. Sturmii Commentarius: Demosthenis Vita ex Graecis Scriptoribus a M. Crusio collecta: In eandem Olynthiacam primam Demosthenis Scholia Martini Crusii; Epitome ex Diodoro Siculo de statu Graeciae temporibus Demosthenis confecta a Martino Crusio. Bibl. sen. Lips.

2b) Philippicae.

a) Omnes sic dictae coniunctim.

1566, 8. Demosthenis orationes philippicae III. Graece. Cl., ap. M. Colinum.

1580, — 1599, — 1609, 8. — graece. Col. — Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1666, 12. — graece et latine. Dillingae.

1821, 12. Harangues Philippiques de Démosthène. En grec. Paris, Nyon.

1823, 12. — en grec. Edition collationée sur les textes les plus purs. Edit. stéréot. de Paroy et Durouchail. Paris, Le Sage. —— 54 pp.

1824, 12. — en grec, avec notes et analyse de chacun des discours, par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.* Graece et Latine venditur 2 *fr.* 50 *cent.* Sic *Quérard* in La France Littéraire, T. II. (1828, 8 mai.) p. 472.

b) Singulae separatim.

1539, 4. Demosthenis Oratio IV. contra Philippum. Paris., apud Wechel. —— Sic in Catal. Bibl. Musei Oxon. (Ed., 1787, f. mai.) Vol. I. s. v. Demosthenes.

1546, 4. Demosthenis Philippica IV., cum Libanii argumento. Graece. Paris., ap. Iac. Bogard.

1795, 4. Δημοσθενους κατα Φιλιππου πρωτος λογος. Demosthenis in Philippum Oratio prima e graeco in latinam, et vernaculam linguam translata. Accedunt notae (*studio C. Santucci*) in calce positae. Excudebat Antonius Fulgoni Romae clↃ.Iↄcc.xciii. Superiorum permissu. — Δημοσθενους κατα Φιλιππου δευτερος λογος. Demosthenis in Philippum oratio secunda. E Graeco in Latinam, et vernaculam linguam translata. Accedunt notae (*studio C. Santucci*) in calce positae. Excudebat Antonius Fulgoni Romae clↃ.Iↄcc.xcv. Superiorum permissu. —— XIV, 80; 55 pp. Quaelibet oratio singulatim prodiit. Et in ch. m. exx. extant, cuiusmodi unum ex. bibl. acad. Lips. adservat.

1830, 8. —— *V.* infra dd) 2 b).

1832, 8 min. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Β. Alius tit.: ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Β.* DEMOSTHENIS Philippica II. Secundum codd. Mesr. (?) Recognita. Prolegomenis et annotatione perpetua illustrata ab I. Thd. Voemelio. Frcf. a. M. sumptibus Sigism. Schmerberi. MDCCXXXII. —— XII, 86, 66 pp. 1 *Th.*

dd) *Orationes singulae separatim.*

1a) de Pace.

1582, 8. Demosthenis Oratio de Pace; Graece. Col. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I p. 235.

1582, 8. —— *V.* antea bb) β).

1649, 4. Demosthenis Oratio de Pace. *Graece.* Paris., ap. viduam I. Libert.

1762, 8. Collectio graeca ex Apollodoro, Luciano et Demosthenis Oratio de Pace. Graece et Latine. Hal. Sax.

1799, 8 mai. Demosthenis Oratio Philippica de Pace. Recensuit, adnotationibus instruxit, indices adiecit Ch. Dn. Beck. Accedunt And. Dunaei praelectiones. —— X, 358 pp. 1 *Th.* 8 *Gr.* Notae sunt criticae. Scholia vetera ex Harpocratione et Timaeo multo auctius hic prodierunt. Conf. Neue allg. d. Bibl. Vol. LXIV. II. p. 489 sqq.

1810 (*nec* 1809), 8. Demosthenes erste Rede gegen Philippos von Makedonien. Mit einigen erläuternden Anmerkungen. Magdeb., in Commiss. in der Creutz. Buchh. —— 23 pp. 3 *Gr.* Tantummodo contextus graecus, neque versio germanica ut nonnulli indicant, subiectis notis criticis, et in calce notis exegeticis, inest. Valde errat *Beckerus* l. c. p. 133, cum huic editioni tantummodo versionem germanicam inesse et sub a. 1809 prodiisse indicet.

1819, 8. Demosthenes Rede vom Frieden, griechisch und mit Anmerkk. von F. Jacobs. —— *V.* eiusdem librum scholast inscr. *Attica.* (Ju., Frommann.) p. 293 – 308.

1826, 12. —— *V.* infra 2 b).

1826, 12. —— *V.* infra 2 b).

1831, 8. Demosthenis oratio de pace. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit C. H. Frotscher. Apposita est lectio Reiskiana. Lps., Berger. —— 4 *Gr.*

2 b) de Chersoneso.

1550, 4. Δημοσθενους περι των ἐν χερῤονησῳ. Parisiis apud Mich. Vascosanum. M. D. L.

1826, 12. Discours sur la Chersonèse et sur la paix, en grec, avec notes et analyses (*en français*), par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.*

1830, 8. Demosthenis Oratio de Chersoneso et Philippica III. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit C. H. Frotscher. Apposita est lectio Reiskiana. Lipsiae, Lehnhold. —— 6 *Gr.* Paucis mutatis, ex recensione *Bekkeri* accuratissime expressa est.

3 c) contra Philippi epistolam.

1543, 4. Demosthenis oratio contra Philippi epistolam, eiusdemque Philippi epistola, versa a Rob. Britanno, adiectis aliquot locis, quos Cicero expressit ex Demosthene aut certe adumbrauit. Paris., L. Grandinus. —— 24 *ß.*

1558, 4. Philippi epistola ad Athenienses, & ad eandem Demosthenis oratio; graecè, cum latina versione Hier. Wolfii. Paris., Gu. Morelius. —— In bibl. regia Paris. exemplar, cuius in ora *Adrianus Turnebus* nonnulla notavit, adservatur. Sic in Catalogue des livres de la bibl. du Roi. Belles Lettres. T. I. p. 105 no. 1691 indicatur. Apud *Beckerum* deest.

2) Ceterae deliberativae orationes.

aa) *Omnes coniunctim.*

1532, 4. Demosthenis orationes V, de distributione in classes, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, de percussis cum Alexandro foederibus. *Graece.* Paris., Wechel.

1712, 4. —— *V.* supra Bb) AA) Aaa) aaa).

bb) *Delectus.*

1542, 4. Demosthenis orationes de ordinanda republica, de Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis. Graece. Paris, Tiletanus.

1546, 4. Demosthenis orationes duae de ordinatione civitatis et de classibus cum Libanii argumentis in easdem. Lovanii apud Servat. Zassenum.

1546, 4. Demosthenis orationes de Megalopolitanis et de foedere cum Alexandro, cum Libanii argumentis in easdem. Lovanii, ap. Servat. Zassenum.

1558, 4. Demosthenis orationes de comparando exercitu, de republica ordinanda, & de classibus, graecè & latinè: Hier. Wolfio interprete. Paris., Gu. Morelius. —— In Catalogue des livres de la bibl. du Roi. Belles Lettres. T. I. p. 105 no. 1691, exemplar *Adriani Turnebi* in bibl. regia Paris. adservari indicatur. Apud *Beckerum* deest.

1584, 8. Demosthenis orationes de Republica ordinanda et Rhodiorum libertate. Graece. Col. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum*.

1746, 8. —— *V.* supra Bb) AA) Aaa) aaa).

cc) *Singulae separatim.*

1a) de Republica ordinanda.

1558, 4. *Δημοσθενους περι συνταξεως λογος.* Graece. Paris., apud Gu. Morel. —— *Maittaire* in Indice Annalium T. V. p. 332. Apud *Beckerum* non vidi notatam hanc editionem.

1628, 4. Demosthenis oratio suasoria, quae de Republica ordinanda inscribitur, Graece. Paris., ap. I. Libert.

2b) de Classibus.

1531, 4. DEMOSTHENIS *ὁ περι των συμμοριων λογος, μετα της Ουλπιανου του ῥητορος ἐξηγησεως.* Basileae in officina Frobeniana Anno MD. XXXI. mense Septembri.

1789, 4. *Ἐμπεδοκλεους σφαιρα.* Sphaera vetus graeca, Q. Sept. Florente Christiano interprete [c. notis]. —— *V.* in *Fabricii* Bibl. Gr. ed. Harles. T. I. p. 816—825.

Bb) *Fragmenta.*

1) Carmina.

1573, 8. *Εμπεδοκλεους ἐπη.* Empedoclis carmina. *Ἐμπεδοκλεους βιος. Ἐκ των Διογενους Λαερτιου, ἐν τοις φιλοσοφων βιοις.* *Graece.* —— V.: *H. Stephani Ποιησις φιλοσοφος.* Poesis philosophica. p. 17—31; p. 203—208.

1805, 8. Empedocles Agrigentinus. De vita et philosophia eius exposuit Carminum reliquias ex antiquis scriptoribus collegit, recensuit, illustravit praefationem et indices adiecit F. Gu. Sturz. Lps., Goeschen. *II Voll.* —— LII, 703 pp. 3 *Th.* 12 *Gr.*, ch. scr. 4 *Th.* 12 *Gr.* Lingua polonica expressam recensionem, quam *Groddeckius* scripsit, *v.* in Vilnensibus ephem. litter. (Vilnae) 1806. T. II. p. 386—404.

1810, 8. Empedoclis et Parmenidis fragmenta ex codice Taurinensis bibliothecae restituta et illustrata ab Amadeo Peyron. Simul agitur de genuino graeco textu commentarii Simplicii in Aristotelem de Coelo et Mundo. Lps., Weigel. —— 2 *ff.* et 70 pp. 16 *Gr.*, ch. scr. 1 *Th.*, ch. membr. 1 *Th.* 16 *Gr.* Conf.: Observations on that part of a work entitled, Empedoclis et Parmenidis fragmm. *etc.*, in which the autor treats of the genuine Greek text of the Commentary of Simplicius in Aristotelem De Coelo et Mundo, in Class. Journ. no. LII. p. 239—259.

1820, — 1823, 8. Reliquiae Empedoclis et Parmenidis. —— *V.* in *Gaisfordii* editione Poetarum minor. graec. *(Lps., Kühn.)* Vol. III. p. 284—288. Conf. ephem. litt. Jenens. 1828. n. 290. p. 647 sq.

2) Epigrammata.

1772, 8. Empedoclis epigrammata duo. —— V. *Brunckii* Analecta T. I. p. 163.

1794, 8. Empedoclis epigrammata duo, et fragmentum e codice Vat. —— *V.* in *F. Jacobsii* Anthologia T. I. p. 95, et Vol. XIII. Paralipp. no. 75, p. 665.

II. *Illustrantia Empedoclem scripta.*

Pierre Nic. *Bonamy*: Recherches sur la vie d'Empedocles. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. X. Mém. p. 54 sqq.; *ed.* 8. T. XIV. Mém. p. 83 sqq.

Ph. *Buttmann*: Observationes in Sturzii Empedoclea. —— *V.* Commentarios soc. philol. Lips. Vol. IV. P. I.

Gli. Cph. *Harles*: De Empedocle, num ille merito possit magiae accusari. Progrr. III. Erl., 1788, 1789, 1790. *fol.* —— Num quartum progr. prodierit, nescio.

Heeren: De Empedocle. —— *V.* eiusdem Commentationem de fontibus Eclogarum Ioannis Stobaei, in eiusdem editione Eclogarum Ioannis Stobaei Vol. II. p. 150.

F. *Jacobs*: De Empedocle. —— *V.* eiusdem Commentarium in Anthologiam Graec. Vol. III. P. III. sive totius operis Vol. XIII. p. 889.

C. Glo. *Kühn*: De Empedocle. —— *V.* eiusdem Progr.: De Philosophis ante Hippocratem medicinae cultoribus ad Celsi de medicina praefatio. Spec. I. Lps. 1781, 8. Recusum est inter eiusdem Opuscula acad. (Lips., Voss. 1827, 8) Vol. I.

J. Casp. F. *Manso*: Traum des Empedocles, oder über die Erkennbarkeit der Natur. —— *V.* librum: Erscheinungen u. Träume von Mercier und einigen deutschen Gelehrten, übers. u. herausgegeben von G. Schatz. (Lpz., 1791, 8. *II Voll.*) Rep. in *Mansonis* Vermischte Schriften. (Lpz., Dyk. *II Voll.*) Vol. II. p. 160—179.

L. *Philippson*: De Empedocle. —— *V.* Vol. I. p. 393 s. v.

H. *Ritter*: Ueber die philosophische Lehre des Empedocles. —— V. *F. A. Wolfii* Litterar. Annal. T. II. p. 411—460. Novae disquisitioni subiecta est Empedoclis doctrina.

(Dominico *Scina*:) Memorie sulla vita e la filosofia de Empedocle di Aggrigente. Palermo, 1813, 8. *II Voll.*

Curt. *Sprengel*: Empedoclis commenta de Protogaea illustravit. *Progr.* Halae, 1823, 4. —— 8 pp.

C. L. *Struve*: De elementis Empedoclis. Progr. Dorpat., 1807, 8.

F. Gu. *Sturz*: Animadversionum in Empedoclis carmina Specc. II. —— *V.* Commentarios soc. philolog. Lips. Vol. I. P. I. p. 24 sqq., Vol. I. P. II. p. 262—274.

Dietr. *Tiedemann*: System des Empedokles. —— V. *Lichtenbergii* et *Forsteri* Göttingsch. Magazin der Wiss. und Litt. (Gött., 1781, 8) P. IV. p. 38—71.

EPHIPPUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 758; *ed. n.* T. II. p. 440.

I. *Fragmenta.*

1553, 8. Ephippi fragmenta. —— *V.* inter Sententias vett. Comoed. ab *Morellio* editas. (Paris.) p. 118. *V.* 1569.

1560, 8. —— *V.* in *Hertelii* Collectione fragmentorum comicorum. (Bas.) *V.* 1600.

1569, 12. — gr. et lat. —— *V.* inter *H. Stephani* Comicorum Graecorum sententias p. 426 sq.

1600, 12. —— Apud haered. E. Vignon. *V.* 1560 et 1616.

1616, 8. —— *V.* in *Hertelii* Bibl. Comicor. (Veronae.)

1626, 4. — gr. et lat. auctius collecta. —— *V.* inter *Hug. Grotii* Excerpta ex Tragoediis et Comoediis graecis. (Paris.) p. 674—679.

1805, 8 mai. Ephippi fragmenta, gr. et anglice. —— Inter Comicor. Graec. fragmenta; edente Rob. Watts. p. 18, 63.

II. *Illustrantia Ephippum scripta.*

F. *Jacobs*: Ephippi fragmenta ab Athenaeo servata emendantur. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8) p. 26, 42 al.

A. *Meineke*: Ephippi fragmenta ab Athenaeo servata emendantur. —— *V.* eiusdem Curas criticas in Comicor. fragmenta *etc.* (Brl., Maurer. 1814, 8) p. 14 sq. 70 sq.

— —: De Ephippo Atheniensi mediae comoediae poeta. —— *V.* eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 13—16.

EPHORUS.

Fabr. B. Gr. ed. Harles. T. II. p. 355 et 800.

I. *Fragmenta.*

1815, 8. Ephori Cumaei Fragmenta, collegit atque illustravit Meier Marx. Praefatus est F. Creuzer. Caroliruhae, ap. Marx. —— XXXII, 290 pp. *Sectione I.* continetur: Commentatio de Ephori vita, scriptis, dicendi genere, auctoritate; *Sect. II.:* Fragmenta Ephori, ex vett., qui post eum fuerunt, Scriptoribus collecta. V. (*Wyttenbachii*) *Φιλομαθιας* lib. III. p. 299—309.

II. *Illustrantia Ephorum scripta.*

Bougainville: Sur Ephorus. —— *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. Vol. XXIX. p. 76 sqq.

Ch. Glo. *Heyne:* De Ephoro, historico, commentatio. —— *V.* Commentatt. Soc. Gotting. Vol. VII. class. phil. p. 107 sqq. et Vol. VIII. p. 107 sqq.

Meier *Marx:* Additamenta ad Ephori fragmm. edit. —— V. *Friedemanni* et *Seebodii* Miscellan. crit. Vol. II. P. IV. p. 754—756.

EPHRAEM.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 319 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 217 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1732, f. *Του εν αγιοις πατρος ημων Εφραιμ του Συρου τα ευρισκομενα παντα.* Sancti Patris nostri Ephraem Syri Opera omnia, quae exstant Graece, Syriace, Latine, in sex Tomos distributa Ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: nunc primum Sub Auspiciis Sanctissimi Patris Clementis XII. Pontificis Maximi E Bibliotheca Vaticana prodeunt. Romae Ex typographia vaticana Apud Joannem Mariam Henricum Salvioni cIↄ Iↄ cc xxxII. Svperiorvm facvltate. *VI Voll.* —— Tria priora volumina complectuntur opera graeca et latina, et prodierunt a. 1732, 1743 et 1746 opera et studio Iosephi Sim. Assemani. Tria reliqua, quae a. 1737, 1740 et 1743 in lucem prodierunt, quorum duo priora *Pet. Benedictus* curavit illoque mortuo tertium *Steph. Euodius Assemani*, opera syriaca cum versione latina continent. Bibl. acad. Lips.

Bb) *Opera plura.*

1709, f. *ΤΑ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΙΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΜΕΤΑΒΛΗΘΕΝΤΑ.* S. EPHRAIM SYRUS GRAECE E Codicibus Manuscriptis Bodleianis. [*Cum notis. Cura Ed. Thwaites.*] *Ετυπωθη ἐν Οξονιᾳ, ἐν τῳ ἐτει α ψ θ'.* —— In hac editione, ad quam adornandam 18 codd. msti sunt adhibiti, extant CLVI orationes graece, praeter alias quae latine tantum editae sunt. Bibl. acad. Lips.

Cc) *Opera singulatim edita.*

1) de Cruce.

1600, 4. S. Ephraem Syri de Cruce Sermo primum graece et latine edidit Iac. Gretserus. —— *V.* in libro: De Cruce. (Ingolst.) T. II. p. 472.

2) de Iudicio.

1617, 4. S. Ephraem de Iudicio, in illud „Audivisti, quod duo erunt in agro." —— *V.* Quaestiones et Responsiones Anastasii Sinaitae. Quaest. LXXII. (Ingolst.) p. 467.

3) Encomium.

1686, 4. Ephraemi Encomium in S. Basilium Magnum; gr. et lat. —— *V.* inter *I. Bapt. Cotelerii* Monumenta Ecclesiae. Graec. (Paris.) T. III. p. 54.

4) Scholia.

1637, f. Ephraemi scholia graeco-latina in Job. —— V. *Iunii* Catena Patrum. (Lond.) p. 65.

1647, f. — in Matthaeum. —— V. *Corderii* Catena Patrum. (Tolos.) p. 85.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera omnia.*

1490, f. S. Ephraem Opera. Brixiae per Iacobum Britannicum 1490. —— *Assemani* hanc editionem tertio loco omnium Ephraemi scriptorum editam esse putat, quamquam eam ipse non vidit, ut et ceteri litteratores. *V.* infra Bb) 1490.

1589 — 1598, f. S. Ephraem Syri opera omnia, quotquot in insignioribus Italiae bibliothecis, praecipue Romanis Graece inveniri potuerunt, in tres Tomos digesta. Nunc recens latinitate donata, scholiisque illustrata, interprete et scholiaste Gerardo Vossio. Romae, ex typographia Iacobi Tornerii. —— Vol. I. prodiit a. 1589, vol. II. a. 1593, vol. III. 1598 non 1597. Diligenter in adornanda hac editione varias lectiones ex codicibus, quos adhibuit, rarissimis vetustissimisque notavit Vossius. *V.* 1603.

1603, f. Sancti Ephraem Syri, Patris et Scriptoris Ecclesiae, antiqvissimi et dignissimi, opera omnia, Quotquot in insignioribus Italiae Bibliothecis praecipuè Romanis Graecè inveniri potuerunt, in tres Tomos digesta, Nunc recèns Latinitate donata, Scholiisquè illustrata, Interprete et Scholiaste Reuerendo D. Doct. Gerardo Vossio Borchlonio, Germ. Praeposito Tungrensi. *Ex permissu Superiorum.* Editio secunda, priore auctior et accuratior. Coloniae, Apud Arnoldum Quentelium, MDCIII. Cum gratia & Priuilegio Sac. Caesareae Maiestat. *In fine:* Coloniae Excvdebat Arnoldus Qventelivs Anno M.DCIII. —— 8 *ff.* xxi pp., 1 *f.*, 814 pp., 22 *ff.* Bibl. sen. Lips.

1609, f. — Antverpiae. —— Furtim fortasse ex priore excusa editio.

1616, f. S. Ephrem Syri, patris & scriptoris Ecclesiae antiquissimi & dignissimi opera omnia *etc.* Editio tertia, priore auctior & emendatior. Colon., ap. Arn. Quentelium.

1619, f. — ex interpretat. et cum scholiis Ger. Vossii. Atv., I. Keerbergius. *Tomi III in I vol.*

Bb) *Opera plura.*

α) Sine a. et l. notitia.

—, 4. Sermo Sancti Ephren de penitentia ab Ambrosio è Graeco in Latinum traductus. *Sequitur:* De timore Dei incipit Sermo Sancti Ephren. — De compunctione, eiusdem de augustia; qua premitur anima, cum ex pugna contra se infirmior fit. — Sermo sancti Ephren de caritate, iudicio, & compunctione, & penitentia, per Ambrosium e Graeco in Latinum translatus. —— *Assemani*, qui hanc omnium editionum Ephraemi primam esse putat, T. I. praef. p. LXXXIV, ubi de iis, quae continet haec editio, disserit. „Sequitur, *inquit*, Liber de infantia Salvatoris, iisdem typis. Pagina autem 99, sed diversis typis, haec adnotatio habetur: Impressus per Magistrum Bartholomaeum Guldinbeck de Sultz, Anno Iubilaei 1475. die vero Mercurii penultima Augusti, regnante Sixto IV. Pont. Max. Anno eius quinto.“ *I. Bapt. Audiffredi* in Catalogo Roman. edit. saec. XV. p. 362 eam impressam esse dicit *Romae per Euch. Silber.* —— 26 *ff.* sine *sign. cust.* et num. *ff.*

—, f. *F.* 1 *a:* Libri Sancti Effrem De || Compunctione cordis || Iudicio dei ⁊ Resurre. ⁊c. || Beatitudine Anime || Penitentia || Luctamine spirituali || Die Iudicij. || *F.* 2 *a* (*sign.* A): Ingeniosi, acutissimi Sanctiq; viri Effrē || Edissene ecclesie diaconi: De compunctiōe || cordis: Liber primus incipit. *F.* 17 *b col.* 2: Sancti ac deuoti viri Effrem diaconi || Liber de die Iudicij feliciter explicit. *F.* 18 *a:* Sancti viri et sub- || limis ingenij acumine vigentis, Effrem dia- || coni, Librorū ꝓ capitula distinctio ordinata, || cū eorū que in ipsis continent' summaria ex- || positione. *F.* 19 *a col.* 2: Sancti ac deuoti viri Effrem diaconi || Liber de die Iudicij feliciter explicit. (*Basileae, Ioh. de Amerbach?*) —— Char. goth. 29 *ff.* Sic *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. II. no. 6597, qui editionem ipse vidit. *Pfeiffer* quoque in Beiträgen zur Kenntniss alter Bücher *etc.* T. I. p. 96 sqq. illam describit.

—, 8. S. Effrem opuscula quaedam. *In fine:* Sancti ac devoti viri Effrem diaconi liber de die iudicii feliciter explicit. —— *Harlesius* hanc et priorem editionem eandem esse putat, qua in re non consentio.

β) Cum a. et l. notitia.

1481, f. Tabula super sermones Ephrem diaconi: secundum tradu || ctionem Venerabilis patris Ambrosii Camaldulensis. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* a i): Epistola fratris Ambrosii in traductione Ephrem. || Ambrosius monachus Cosmo suo uiro clarissimo plurimā salutē. *F.* 3 *b:* Sermo sancti Efrem de penitentia. *F.* 89 *a:* .M. CCCC. LXXXI. Augusti. xxiii. || Impressum Florētiae per Antoniū bartholomei mischomini. —— 89 *ff.* 33 lin. Hac editione continentur undeviginti orationes, quae sunt: 1) Sancti Efrem de penitentia Sermo I.: *Dilectissimi, nihil sanctae caritati praeferamus, multa enim*

negligendo peccamus diebus singulis, horis, et momentis. 2) de Iudicio, & Resurrectione, & Caritate, & Compunctione. Sermo II. 3) de Iudicio & Resurrectione. Sermo III. 4) de vita & exercitatione monastica. Sermo IV. 5) Quod non oporteat ridere, sed flere ac lugere. Sermo V. 6) Ad animam negligentem. Sermo VI. 7) Ad Monachos, de Sanctis quibusdam Patribus, qui tempore illo requieverant. Sermo VII. 8) de armatura Monachi, quod oporteat Monachum veluti militem in acie semper assistere. Sermo VIII. 9) de penitentia. Sermo IX.: *Dominus, qui de alto Patris sinu descendit ad terram, factusque est nobis salutis via.* 10) de secundo Domini adventu. Sermo X. 11) de timore Dei. Sermo XI. 12) de angustia, qua premitur anima, cum ex pugna contra se hostis infirmior fit. Sermo XII. 13) de compunctione. Sermo XIII. 14) de passione Domini Salvatoris. Sermo XIV. 15) Ad eos, qui Filii naturam scrutari volunt. Sermo XV. 16) de Antichristo. Sermo XVI. 17) de Virginitate. Sermo XVII. 18) de laudibus Martyrum. Sermo XVIII. 19) Laudatio Sancti Ioseph Patriarchae. Sermo XIX.

1490, 4. S. Ephrem Sermones XIX latine ex interpretatione Ambrosii Monachi Camaldulens. *In fine:* Impressum Brixie per presbyte͂ Baptistā Farfengo Anno dn̄i M.CCCC.lxxxx. Die XV. Mensis Nouember. (?) —— *Audiffredi* in Spec. editionum Italicar. saec. XV. p. 161 suspicatur, hanc esse editionem eandem atque illam, quam supra Aa) sub nomine *Iac. Britannici* enumeravi.

1492, f. S. Ephrem Sex sermones selecti. Norimbergae per Antonium Koburger MCCCCXCII.

1501, 4. Sermones beati Ephrem per fratrem Ambrosium de greco in latinum conversi. *In fine:* Impressum Venetiis per Christoforum de Pensiis. Anno dn̄i. M. CCCCC. I. die XXI. Martius. —— Repetita est saepe.

1505, 4. Sermones ingeniosissimi et sanctissimi patris Ephrem, Edissene eccles. dyaconi per fratrem Ambrosium Camaldulensem de greco in Latinum conversi. IEHAN PETIT. Venales reperiuntur in vico Sti Iacobi sub leone argenteo. *In fine:* Impressit Guido Mercator pro Ioanne Parvo. Anno Domini millesimo quingentesimo quinto. Februarii die decima quarta.

1509, 4. Effrem Syri Sermones, per Ambrosium Camaldulensem Latinitate donati. Argentinae per Ioh. Knoblauch. MDIX.

1509, 4. Ioannis Effrem Siri: Edessene ecclesie diaconi Sermones — latinitate donati. *Praemissa est:* Matthiae Schurerii ad Martinum Cryershemium epistola. *In fine:* Matthias Schurerius Argentorati emisit mense Martio 1509. Sequuntur Mende notatu digne. —— *V.* 1585.

1513, 4. Sermones S. Ephraem Edessenae Ecclesiae Diaconi, latine per Ambrosium Camaldul. Parisiis apud Ioh. Parvum MDXIII.

1515, 4. Sermones Ingeniosissimi ac scitissimi patris Ephrem Edissene ecclesie dyaconi Per fratrem Ambrosium Camaldulensem de greco in latinum Conversi. IEHAN PETIT *in ornamento xyl., quod est insigne typ. Infra:* Venales reperiuntur in vico Sancti Iacobi Sub leone Argenteo. *In fine:* Impressit Guido Mercator Pro Ioanne Parvo Anno domini Millesimo Quingentesimo (*decimo?*) quinto. Februarii die decima quarta. LAUS DEO.

1547, 8. S. Ephremi Opuscula, lat. ex Ambrosii et anonymi veteris interpretatione. Coloniae Agripp. —— Secundum Magdeburg. Centuriatores hac editione XXV opuscula, quorum XVI ex Ambrosii versione, reliqua ex anonymi continentur.

1560, f. Sermones S. Ephraem Syri, Aloys. Lipomanus latine edidit. —— *V.* Vitas Sanctorum. (Romae, ex offic. Salviana.) T. VIII. p. 10 sqq. Habentur hic orationes: 1) Oratio de Sanctissimae Dei Matris laudibus. 2) oratio ad Sanctissimam Dei genitricem. 3) oratio de Passione Domini Salvatoris, Ambrosio Camaldulensi interprete. 4) Lamentatio sanctissimae Dei Genitricis prope Crucem stantis. 5) Sermo de sancta et vivifica Cruce, Ambrosio Camaldulensi interprete. 6) Sermo ad Monachos de Sanctis quibusdam Patribus, qui tempore illo requieverant. 7) Sermo de laudibus Sancti Ioseph Patriarchae, Ambrosio Camaldulensi interprete.

1561, 12. Divina quaedam Sancti Ephraem Opera mille ducentis jam annis e Syra in Graecam Linguam, nunc autem e Graeca in Latinam versa, Petro Francisco Zino Veronensi Interprete. Venetiis apud Franciscum Rampazetum M. D. LXI. —— Rep. est in seqq.

1562, 8. Ephraemi Opuscula aliquot, Petro Francisco Zino interprete. Dillingae, apud Sebaldum Mayer.

1563, 8. Ephraemi Opuscula, latine, cura Iacobi Menchhusii, Belstani. Dillingae. — Ex duobus codicibus mstis latinis correctam esse hanc versionem, nobis affirmatur. Conf. *Assemani* praefationem T. I. p. xiv sq.

1574 (*non* 1575), 8, Praeclara ac divina quaedam quatuor doctrina & sanctitate illustrium abbatum, Ephraem, Nili, Marci & Esaiae Opera: e Graeco in latinum conversa, Petro Francisco Zino, Canonico Veronensi, Interprete. Venetiis apud Bologninum Zattenum. — Titulum sic transscripsit *Kohl* in infra laudanda Introductione p. 274. Continentur hic orationes XVIII, praeter alia opuscula ascetica. Si vero alii dicunt, huic editioni inesse XL Ephremi opuscula; ii orationis: „*de Virtutibus et Vitiis*" XXIII sectiones enumerant.

1575, f. S. Ephraem Syri Sermones edidit Laurentius Surius Carthusianus. — *V.* inter Vitas Sanctorum. (Col. Agripp., ap. Guerinum Calenium et haeredes Quentelios.) T. VI. p. 1 sqq. Orationes sunt hae: 1) de Sanctissimae Dei Matris laudibus. 2) Ad sanctissimam Dei Genitricem. 3) de laudibus Sanctorum Martyrum, Ambrosio Camaldulensi interprete. 4) de laudibus Sancti Ioseph Patriarchae, Ambrosio Camaldulensi interprete.

1581, f. Sermo divi Ephraem sanctissimi et illuminatissimi. Ecclesiae Edissenae Diaconi, de Passione Domini Salvatoris, Ambrosio Camaldulensi interprete, et Lamentatio Sanctissimae Dei Genitricis prope Crucem stantis, per eundem divum Ephraem. — *V.* ib. T. VIII. p. 203 sqq.

1585, 8. Sermones B. Ephraem Edessenae Ecclesiae Diaconi, Fr. Ambrosio Eremita Camaldulensi Interprete [*Cura et studio Fr. Simeonis ex Capua Camaldulensis*]. In Sacra Eremo S. Mariae de Ruah in Agro Patauino 1585. — Hic extant orationes XIX ex editione a. 1481 recusae, „ut scilicet illos ab erroribus expurgaret, quibus in aliis editionibus scatebant: et quia dicti sermonum libri iam pene defecerant, et qui reperiebantur pauci, parum erant emendati, et quod peius est, plurimo vendebantur." In calce adiecta habetur effigies sancti *Romoualdi*.

1585, 8. — Argent. — *V.* 1509.

1592, 4. S. Ephraem Syri Sermones aliquot antehac non editi, nunc primum Latine conversi scholiisque illustrati Doct. Gerardo Vossio interprete et scholiaste. Romae, ex Typographia Vaticana MDXCII. — Hac editione habentur: 1) Ger. Vossii ad Clementem VIII. epistola. Romae 1592. 2) S. Patris nostri Ephraem Syri in Abraham et Isaac. 3) In Noë, ac de continentia, et de non aemulandis peccatoribus, qui se temporis excusatione defendunt. 4) In Loth, et de tranquillitate ac securitate. 5) In Danielem prophetam, et in sanctos tres pueros, et in eos, qui dicunt: quia tempora mala sunt, ideo salvari nequimus. 6) Sermo paraeneticus de secundo adventu Domini, et de poenitentia ad fratres in eremo degentes.

1643—1770, f. Sermones S. Ephraem Syri a Bollandianis sociis editi. — *V.* Acta Sanctorum. (Antv., Bruxellis et Tongarloae.) Februar. pag. 55. 58. 60; 16 Martii pag. 433; 9 Iunii; 14 Iunii. Habentur hic: 1) S. Ephraem narratio ad monachos de sua conversione. 2) Confessio et sui ipsius reprehensio. 3) Testamentum S. Ephraem. 4) Vita Beati Abramii eremitae. 5) de Sancto Iuliano monacho et anachoreta. 6) Encomium sancti Basilii magni.

1661, f. S. Ephraem Syri Sermones Claudio Chantelou Benedicto Congregationis S. Mauri Collectore. — *V.* in Bibl. Patrum ascetica. (Paris.) T. II. p. 1 sqq., T. III. p. 1 sqq. De argumentis v. *Assemani* T. I. praefat. p. C sq.

1662, f. S. Ephraem Syri Sermones sexdecim, latine edidit Fr. Combefisius. — *V.* Bibl. Patrum Concionatoria. (Paris.) T. I. p. 6; II. p. 24, 265; III. p. 820 sqq.; V. p. 69, 200, 677; VI. p. 113 sq., 555; VII. p. 41, 356, 650; VIII. p. 342, 626. Singuli sermones ex diversorum interpretum versionibus sunt editi.

1698, f. min. Ephraem Syri orationes II asceticae: 1) de resurrectione, et iudicio, et de regno coelorum, et munditia animae. 2) de Agone seu de luctaminibus huius seculi. Uterque Sermo ex antiqua anonymi versione Latina, quae exstat in mss. codicibus Bibliothecae Vaticanae et Casanatensis. — V. *Laur. Alex. Zacagnii* Collectanea Monumentorum veterum Ecclesiae Graecae ac Latinae. (Romae, typis S. Congreg. de Propaganda Fide.) T. I. p. 106—121.

Cc) *Opera singulatim edita.*

1558, f. S. Patris nostri Ephraim Syri oratio de Transfiguratione Domini, et Dei, et Salvatoris nostri Iesu Christi,

latine edidit Aloys. Lipomanus. —— *V.* Vitas Sanctorum. (Romae, ex offic. Salviana.) T. VI. p. 164.

1568, f. Divi Ephraem Edissenae Ecclesiae Diaconi Sermo „Legentes non agnoscimus, et audientes, nec quicquam auribus nostris percipimus.“ lat. edidit Aloys. Lipomanus. —— *V.* Vitas Sanctorum. (Lovanii apud Pet. Zangrium Tiletanum.) pag. 1.

1572, f. D. Ephraem Sermo de sancta et vivifica Cruce, lat. evulgavit Laur. Surius, Carthusianus. —— *V.* Vitas Sanctorum. (Col. Agripp.) T. III. p. 56.

1573, f. S. Patris nostri Ephraem Syri oratio de Transfiguratione Domini et Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. —— V. *ib.* T. IV. p. 692. Alia opuscula v. *ib.* T. I. 1570; T. VI. 1575; T. VII. 1581.

B. germanicarum.

1) Sermones.

1565, 8. Des Heiligen Ephrem's 19 Reden ins Deutsche übers. von J. Schweiger. Mainz. —— Ex latina versione, a. 1509 *Arg.*, *Schurer*, edita, est facta.

1702, 8. Des H. Ephrem aus Syrien Sermones; von der Gottseligkeit, von der Enthaltung, von der Keuschheit, von Uebung der Gottseligkeit, verdeutscht durch Gf. Arnold. —— *V.* eiusdem versionem germanicam Macarii. (Gosslar.) p. 320—393.

1740, 8. Ephrem des Syrer's auserlesene Schriften. —— *V.* in *Gf. Arnoldi* Denkmal des alten Christenthums. *Lpz. II Voll.*

1824, 8. Ephrem's Predigt gegen die Juden, gehalt. am Hosianna-Tage. Uebers. mit Anmerkk. von A. Hahn. —— V. *Illgenii* histor.-theolog. Abhandll. 3e Denkschr. (Lpz.) p. 1—30.

2) Epistolae.

1700, 8. S. Ephraem, Syri, Sendschreiben an Johannem, und Ermahnungs-Schreiben an einen Bruder, verteutscht durch Gf. Arnold. —— *V.* eiusdem: Sendschreiben der Alten. (Franckf. u. Lpz.) p. 366—421.

C. gallicarum.

α) Sine a. notitia.

—, f. min. La fleur de prédication selon Sainct Ephrem. translatée du Grec en Latin, & translatée du Latin en Françoys: *(par Pierre Cueuret)* à la requête de très-Révérend Pere en Dieu Monseigneur Philippes Cardinal de Luxembourc. *In fine*: Cy fine le Sermon de Joseph & semblab.ement tout le Livre contenant vingt Sermons du bon Pere Saint Effrem: lequel Livre a esté translaté du Latin en Françoys: par le commandement de très-révérend Pere en Dieu Monsieur Philippes Cardinal de Luxembourc: Evesque du Mans & de Therouenne. *In fine:* Imprimé à Paris pour Antoine Verard: Libraire demeurant à Paris: à l'ymaige Saint Jehan l'Evangeliste: aupres le carfourt Saint Severin ou du palais au premier pillier devant la chapelle ou len chante la messe de Messeigneurs les Presidens. —— Char. goth. haec rarissima versio est impressa, praetereaque pictis initialibus ornata. Cuiusmodi exemplar describitur in: Catalogue fait sur un plan nouveau, systématique et raisonné d'une bibl. de littérature. (Utrecht, 1776, 8) T. I. p. 61 sq. Anni notitia, ut eam *Fabricius* indicat, prorsus deest. Ut ex dedicatione apparet, versio facta est ex latina Ambrosii Camaldulensis a. 1509 *Arg.* edita.

β) Cum a. notitia.

1583, — 1590, — 1602, 8. Opuscules divins & exercices spirituels du très sainct père Ephrem, Archidiacre d'Edesse en Mesopotamie, escrit par le dit autheur l'an trois cens cinquante en langue Syriaque & en mesme tems tournéz en Grec: puis en latin par plusieurs autheurs, maintenant mis en notre langue Françoise; avec un sermon de S. Cyrille Alexandrin, de l'issuë & sortie de l'ame hors le corps humain; plus une reponse à un Calviniste touchant la virginité & l'excellence de la Vierge Marie. par François Feu-Ardent; troisieme édition augmentée de la vie de S. Ephrem. Paris, chez Mich. Sonnoi. 1602.

1697, 12. Quatre discours de la componction, par S. Ephrem le Syrien, Solitaire & Diacre d'Edesse, traduits en François, avec un abregé de la vie de ce Pere, servant de preface; par Bosquillon. Paris, veuve Charles Coignard.

1744, 12. Oeuvres de piété de S. Ephrem, Diacre d'Edesse et Docteur de l'Église, traduites en français sur la nouvelle édition de Rome *(par l'abbé Ignace*

Lemerre). Paris, Didot. *II Voll.* —— Sic *Barbier* in Dictionnaire des ouvrages anonymes et pseudonymes. T. II. (Paris, 1806, 8) no. 8915.

D. italicarum.

Aa) *Sermones plures.*

1545, 8. Sermoni devotissimi del Beato Efrem Monaco della Chiesa di Edessa Citta di Siria. Nuovamente dal greco nella volgar lingua a consolatione de pii & religiosi christiani tradotti. In Venetia Al segno del pozzo. MDXLV. *In fine*: Finisse li sermoni di santo Efrem siro, monaco, & diacono della chiesa, & citta d'Edessa, della provincia di Siria, alli quali ne sono aggionti duoi bellissimi, ultimamente ritrovati, & tutti novamente in volgar lingua tradotti. Aggiontoli anchora nelli margini le annotationi delle concordantie della sacra scrittura. Stampati in Vinegia. Nell' anno del signore. MDXLIIII. —— Diverso anni indicio decepti nonnulli duas diversas editiones esse putaverunt.

Bb) *Scripta singula.*

1) Vita Abram.

1731, f. La Vita di Abram Romito scritta da S. Efrem. —— *V.* in: Vite de' SS. Padri. (Fiorenze) T. II.

2) de virginitate.

1566, 8. Della perfetta Verginità de' Santi Basilio et Agostino. Con una breve desputa della Castita et un succinto discorso in lode della medesima, di S. Efrem: Et alcuni spiritualissimi essercitij di Santa Gertrude vergine. In Brescia, appresso Francesco, et P. Maria Marchetti fratelli. M. D. LXVI.

E. anglicarum.

1713, 8. A Discourse of St. Ephrem Syrus concerning Antichrist and the End of the World: Done into English from the Greek, with Notes. —— *V.* in God's Judgements upon the gentile apostatized Church *etc.* (Ld., Knaplock.) p. XXIX—LX.

1731, 8. A serious Exhortation to Repentance and Sorrow for Sin, *etc.* Lond. —— 4 *sh.*

F. slavonicarum.

1643, — 1653, — 1661, — 1667, f. — Moskwa. —— Opera Ephraemi omnia hac editione ut reliquis continentur.

1667, 4. — Moskwa.

1701, 4. Bo slavvu svviatia jedinosuschtschnia, schiwotvvoraschtschia i nerasdielimia Troizi, Otza, i sina i svviatago Ducha. Povvelieniem blagotschestivvieschago vvelikago gosudara naschego Tzara i vvelikago Knasa, Petra, Alexievvitza, vvsea vvelikia, i malia, i bielia Rossii Samoderschza. Pri blagorodnieischem gosudarie naschem Tzarwtschie, i vvelikom knasie, Alexii Petrovvitzschie: blagoslovvenieinsche vvsego osweschtschennago sobora, meschdu Patriarschestvvom: Isdadesa kniga sia, blagougodnich trudovv, Prepodobnago Otza naschego Jephrema Syrina: Kneische i w novvo prevvedoschasa sgretscheskich charateinich knig outschitelnaia jego i vvrasumitelnaja slovvesa, Monascheskomu i Mirskomu sostoianiju vvo isradnuju polsu i spasenie; ieschtscheschc i blagotschennago Avvwi Dorothea Duchespasitelnaja Kniga: w Tzarstwujuschtschem vvelikom gradie Moskvvie. vvlieto ot sotvvorenia Mira 6210. ot roschestvvasche po ploti boga slovva 1701 Indicta 10 Mesetza Dekembria. —— Hanc nitidam raramque editionem, et char. maiusculis impressam descripsit *I. Kohl* in Introductione infra indicanda. (Altonae, impensis Ionae Korten. 1729, 8) p. 301 — 349. De versionis ipsius indole p. 341 sic iudicat: „Slavonicam versionem ipsam duae potissimum res commendant. Primum satis accurata interpretum, Slavonicae non minus quam Graecae linguae bene peritorum in transferendo diligentia. Deinde codicum quos ad manus illi habuerunt, inque vertendo secuti sunt, antiquitas.“

1764, 4. — Wilna. —— Haec versio temere castrata est.

1766, — 1785 (1786?), — 1803, 4. — Moskwa. —— *V.* 1701. De versionibus slavonicis nonnulla *Strahl* in libro suo: Gelehrtes Russland. (Lpz., F. Fleischer. 1828, 8) p. 328 sq. profert. Illam priorem versionem a. 1701 editam composuisse fertur *Polykarpow Feodor*, qui ex abbate Dorotheo additamenta adiecit.

III. *Illustrantia Ephraemum scripta.*

Pet. *Benedict*: Antirrheticon: seu confutatio adnotationum I. Kohlii ad geminos S. Ephraemi de sacra coena sermones. Romae, ap. I. Mariam Saluiam.

1740, 8 mai. —— Auctius recusum est in *Assemani* editione T. I. Ceterum huius scriptionis auctor disputat contra *Kohlium*, qui in Introductione in historiam et rem litterar. Slauorum in primis sacram p. 218 sqq. doctrinam de Transsubstantiatione Ephraemo eiusque aetati ignotam fuisse contendit.

I. Cph. *Coleri* Disquisitio critica in selecta historiae litteratae de Ephraemo et I. Damasceno, Syris, capita. Vttb., 1714, 4. —— Nihil fere valet.

Dom. Brichieri *Colombi* Notizia de Sermoni inediti di Sant Efraimo, descritti da Codici dell' Imperiale Bibliotheca di Corte. —— *V.* in Raccolta d'Opuscoli Scientif. e filolog. T. XXXVII. p. 133—146.

Iusti F. *Froriep*: Progr. Ephraemiana in librum Iobi. Lps., 1769, 4.

I. F. *Gaab*: Beitrag zur Geschichte der Schrifterklärung aus Ephrem, dem Syrer. —— *V.* in *H. Eberh. Glo. Paulus* Memorabilien. (Lpz., 1791, 8) fasc. 1. p. 65 sqq.

— —: Züge zu einer pragmatischen Biographie von Ephraem, dem Syrer. —— V. *ib.* (Lpz., 1792) fasc. 2. p. 136 sqq.

Mich. *Hoyeri* Liber de Vita S. Ephraemi. Duaci, 1640, 12.

Nth. *Lardner*: The History of Ephraim the Syrian. —— *V.* eiusdem Credibility of the Gospel History. (Lond., 1753, 8) P. II. Vol. IX. p. 177 sqq.

Caesar *a Lengerke*: Commentatio critica de Ephraemo Syro, S. S. interprete; quo simul versionis Syriacae, quam Peschito vocant, lectiones variae ex Ephraemi Commentariis collectae exhibentur. Halae, Gebauer. 1828, 4. —— VIII, 62 pp.

— —: De Ephraemi Syri arte hermeneutica liber. Regismontii Prussorum, impensis I. H. Born. 1831, 8. —— XVI, 282 pp.

Casim. *Oudini* de Operibus Ephraemi Syri dissertatio. —— *V.* eiusdem Commentarium de Scriptoribus Ecclesiast. (Lps., 1722, fol.) T. I. p. 494 sqq.

Wilh. E. *Tenzelii* Dissertatio de Ephremo Syro. Arnst., 1685, 4. —— Recusa est inter eiusdem Exercitationes selectas. P. I. p. 273 sqq.

H. G. *Tzschirner*: De Ephraemo. —— *V.* eiusdem Progrr. de claris oratoribus progr. VIII. sqq. 4. Recusa est haec disquisitio inter eiusdem Opuscula academica; edente I. F. Winzer. Lps., Hinrichs. 1829, 8. Auctor scriptionis de Ephraemo, oratore et poeta, agit.

F. Glo. *Uhlemann*: Ephräms des Syrers Ansichten von dem Paradise und dem Falle der ersten Menschen dargestellt. —— V. *Illgenii* Zeitschr. f. d. histor. Theologie *etc.* Vol. I. fasc. 1. (Lpz., Barth. 1830, 8) no. IV.

Gf. *Vockerodt*: Commentatio de evangelicae veritatis et pietatis doctore antiquo Ephraemo, Syro. Gothae, 1710, 4.

EPICHARMUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 676 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 298 sqq., p. 440.

I. *Fragmenta.*

1553, 8. Epicharmi fragmenta, graece. —— *V.* inter *Morelli* Sententias vett. Comic. Paris.

1560, 8. —— V. *Hertelii* Collectionem fragmm. comic. *Bas.*

1573, 8. Ἐπιχάρμου ἔπη. Epicharmi carmina, graece. —— V. *H. Stephani* Ποίησις φιλόσοφος; Poesis philosophica p. 54 sqq.

1616, 8. — graece et latine. —— *V.* in *Iac. Hertelii* Bibl. Comicor. veter. (Veronae.) p. 276 sq.

1626, 4. Excerpta ex comoediis Epicharmi, graece et latine. —— *V.* inter *Hug. Grotii* Excerpta ex Tragoediis et Comoediis. (Paris., Nic. Buon.) p. 470—481.

II. *Illustrantia Epicharmum scripta.*

C. A. *Böttiger*: Verbesserung des Trochaicus aus Epicharmus Lustspiel „*Hebe's Hochzeit.*“ —— *V.* eiusdem Amalthea, Vol. II. p. 310.

Ph. *Buttmann*: Creuzer, Hermann u. Buttmann über die mythologische Vorstellung der Musen. Eine Vorles. des Letztern. —— V. *Friedemanni* et *Seebodii* Miscellanea critica. Vol. II. P. I. (1823, 8) p. 588—405. Versio, quae graviora tantum exhibet, ex *Hermanni* scriptione adiectis notis, legitur p. 488—496; quam disquisitio *Buttmanni* ipsa p. 496—505 excipit.

C. G. A. *Erfurdt*: Epicharmi loca nonnulla tentantur et emendantur. —— *V.* eiusdem Observationes criticas maxime in Athenaei deipnosophistas insertas in Königsberger Archiv. (Königsb., 1811, 8) p. 440, 444 al.

Raph. *Fiorillo*: De Epicharmi locis aliquot disputatur, nonnullaque tentan-

tur et emendantur. —— *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaeum. (Gott., Dieterich. 1803, 8) p. 11 sqq.

C. *Gail:* Sur Epicharme. —— *V.* Magasin encyclop. T. IV. no. 14 p. 216—219.

C. Ios. *Grysar:* De Epicharmi Vita et Doctrina. — De Comoedia Epicharmea. —— *V.* eiusdem librum: De Doriensium Comoedia Quaestiones. Vol. I. (Col., Schmitz. 1828, 8) p. 84 sqq., 169 sqq. Conf. *C. Otf. Müllerum* in Gött. gel. Anzeig. 1829. no. 205, qui p. 2052 Epicharmi aetatem aliter atque *Grysar* constituit.

Herm. *Harless:* De Epicharmo scripsit. Essendiae, sumpt. Bädecker. 1822, 8. —— VI, 66 pp. 8 *Gr.* Contra priores viros doctos, qui duos Epicharmos, alium poetam alium philosophum, fuisse statuerant, editor huius scriptionis unum tantummodo, patria Siciliensem fuisse, eumque circiter olymp. 73 et 74 (nec 77 vel potius 84) vixisse et iam Gelonis tempore fabulas Syracusis egisse contendit. De comoedia Epicharmea ipsa, et de coniunctione Doricae comoediae cum Attica p. 35—53 agitur: quam disquisitionem alia de Epicharmeae comoediae coniunctione cum Megarensi excipit.

Heringa: Fragmentum Epicharmi apud Athen. VI. p. 235 sq. emendatur. —— *V.* eiusdem Observationum crit. liber p. 298 sqq.

Gf. *Hermann:* De Musis fluvialibus Epicharmi et Eumeli diss. Lps., 1819, 4. —— Recusa est inter eiusdem Opuscula T. II. p. 288—305.

F. *Jacobs:* Epicharmi fragmenta ab Athenaeo servata emendantur et tentantur. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809. 8) p. 36, 50 al.

C. *Linge:* De Plauto properante ad exemplar Epicharmi. Commentatio ad Horat. II. ep. 38. Progr. Ratisb., 1827, 8. —— Rep. in eiusdem Schulschriften. (Breslau, Gross. 1828, 8) p. 164—174.

A. *Meineke:* De Epicharmi locis aliquot disputatur. —— *V.* eiusdem Curas criticas *etc.* (Berol., 1814, 8) p. 9 sq. 35 sq.

Vinc. *Mirabello:* Vita dal Epicharmo. —— *V.* eiusdem Dichiarazioni della pianta dell' antiche Siracuse. (Palermo, 1717) P. II. p. 150. Latine versa a *Sigeb. Havercampo* cum italico contextu extat in Thesauro Ital. et Sicil. T. X. P. XI.

Mongitor: De Epicharmo. —— *V.* eiusdem Bibl. Siculam T. I. p. 180 sqq.

Ric. *Porsoni* Emendationes in Epicharmum. —— *V.* eiusdem Adversaria p. 57, 60 al. Emendationem fragmenti ap. Athen. III. p. 86 *v.* in *ER.* Febr. 1811. p. 390, et conf. *ib.* Mai. p. 169. Ex ephem. *ER.* emendationes recusae sunt in Königsberger Archiv P. II. p. 234 sqq.

I. *Toup:* Emendationes in Epicharmi fragmenta. —— *V.* eiusdem Emendationes in Suidam, in eiusdem Opusculis crit. (Lps., 1780, 8) T. I. p. 102 sq. al.

Welcker: Ueber Epicharmus. —— *V.* ephem. scholast. univ. 1830. sect. II. no. 73 sqq. et Additamenta *ib.* no. 86 p. 696.

EPICRATES.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 758 sq.; *ed. n.* T. II. p. 440 sq.

I. *Fragmenta.*

1553, 8. Epicratis comoediarum fragmenta. —— *V.* inter Sententias vett. Comoed. ab *Morellio* editas (Paris.) p. 56.

1560, 8. —— *V.* in *Hertelii* Collectione fragmentorum comic. (Bas.) Rep. est haec collectio saepius, ut a. 1600, 12; et 1616, 8.

1626, 4. — gr. et lat. auctius collecta. —— *V.* inter *Hug. Grotii* Excerpta ex Tragoediis et Comoediis graecis. (Paris.) p. 666—673.

1805, 8 mai. Epicratis fragmenta. —— *V.* Inter Comicorum Graecorum fragmenta: edente Rob. Walpole. (Cbr.) p. 18—20.

II. *Versiones.*

1805, 8 mai. Epicratis fragmenta, anglice versa. —— *V.* Inter Comicorum Graec. fragmenta, edente Rob. Walpole. (Cbr.) p. 64 sq.

III. *Illustrantia Epicratem scripta.*

C. G. A. *Erfurdt:* Epicratis ecloga apud Athen. p. 59 d. emendatur. —— *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaei Deipnosophistas, insertas in Königsberger Archiv Vol. I. (Königsb., 1812, 8) p. 438 sqq. Conf. *A. Meinekii* Curas criticas in Comicor. fragmenta ab Athenaeo servata (Berol., 1814, 8) p. 31.

Raph. *Fiorillo:* Epicrates apud Athenaeum lib. XI. emendatur. —— *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaeum. P. I. (Gott., Dieterich. 1803, 8 mai.) p. 56 sq.

F. *Jacobs:* Epicratis fragmenta ab Athenaeo servata emendantur. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in

Athenaei deipnosophistas. (Ju., 1809, 8) p. 157, 248 al.

A. *Meineke:* De Epicrate, mediae comoediae poeta. —— *V.* eiusdem Quaestionum Scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 48.

I. *Toup:* Epicrates in Choro emendatur. —— *V.* eiusdem Emendationes in Suidam in eiusdem Opusculis crit. (Lps., 1780, 8) T. I. p. 126 sq.

EPICTETUS.

Fabr. B. Gr. T. III. p. 257 sqq.; *ed. n.* T. V. p. 64 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1554, 4. Arriani Nicomediensis de Epicteti Philosophi, praeceptoris sui, Dissertationibus libri IV, saluberrimis ac philosophica gravitate conditis praeceptis atque sententiis referti, nuncque primum [*latine*] in lucem editi, Iacobo Scheggio, Medico Physico Tubingensi, interprete. Accessit Epicteti Enchiridion, Angelo Politiano interprete. Graeca etiam Latinis adiunximus, ut commodius ab utriusque linguae studiosis conferri possint. Basileae, per Oporinum. *In fine:* Basileae ex officina Ioannis Oporini, Anno salutis humanae MDLIIII. Mense Martio. —— Epistola praemissa: „ad Ioann. Iacobum Fuggerum," signata est: „Viennae Austriae mense Febr. MDLIV. data a Sebast. Sigmaro a Schlüsselberg." *Schlüsselberg*, qui editor fuit, contextum Epicteti ex editione a. 1535, paucis tantum correctis, multis autem depravatis, repeti curavit. Variarum lectionum in ora notatarum aliae sunt ex editione a. 1531, aliae ex illa a. 1528 et Politiani versione, aliae autem merae coniecturae. Recusa prodiit 1555.

1555, 8. Epicteti Enchiridion et Arriani Dissertationes Epicteteae, graece et latine ex versione Iac. Schegkii. Salmanticae. —— *V.* 1554.

1594, — (*tit. nov.*) 1595, 8. EPICTETI Stoici Philosophi Enchiridion. Cum Angeli Politiani interpretatione Latina. Item ARRIANI Commentarivs disputationum eiusdem Epicteti, Graecè & Latinè, Interprete Iacobo Schegkio medico Physico Tubingensi. Graecus contextus longè quam antehac prodit emendatior; Accessit Index accuratus rerum notatu digniorum. Genevae. Apud haeredes Eustathij Vignon. ciↄiↄxciiii. —— 4 *ff.* praefixa; p. 1—38 Epicteti enchiridion, graece et latine, duabus columnis impressum habetur; 1 *f.*; p. 1—522 Arrianus, graece et latine eodem modo impressus legitur; quem: in Arrianum Annotationes excipiunt usque ad pag. 532. et 10 *ff.* indicem continentia. Non diligenter typis descriptus liber. Bibl. acad. et sen. Lips. *V.* 1600.

1595—1596, 8. Epicteti Stoici Philosophi Encheiridion Item, Cebetis Thebani Tabula de vita humana prudenter instituenda. Accessere, Simplicij in eundem Epicteti libellum doctissima Scholia. Arriani commentariorum de Epicteti disputationibus libri quatuor. Item, nonnulla eiusdem argumenti, in studiosorum gratiam. Omnia Hieronymo Wolfio interprete, cum eiusdem Annotationibus. Cum locuplete rerum ac verborum in singulis memorabilium indice. Coloniae, In officina Birckmannica, Sumtibus Arnoldi Mylij. Anno M. D. XCVI. *Cum gratia & priuilegio Sac. Caes. Maiest.* — Tomvs II. Epicteti stoici philosophi enchiridion, hoc est Pvgio, siue Ars humanae vitae correctrix: *Cum eruditissimis* Simplicii Scholiis, Hieronymo Wolfio Interprete. Accesserunt & alia eiusdem argumenti, non incommoda studiosis futura: *Vna cum Rerum & verborum Indice copioso.* Cum gratia & priuilegio Caes. Maiest. Coloniae, In Officina Birckmannica, Sumtibus Arnoldi Mylij. *Anno. M. D. XCV.* — Tomvs III. Arriani Commentariorvm de Epicteti disputationibus libri IIII. Hieronymo Wolfio Oetingensi interprete. Cum Rerum ac verborum copioso Indice. Coloniae, In Officina Birckmannica, Sumtibus Arnoldi Mylij. *Anno, M. D. XCV.* —— *T. I.* 4 *ff.* praefixa, 117 pp. et 1 *f.*; *T. II.* 320 pp.; *T. III.* 538 pp., quarum p. 456 sqq. adnotationes habentur; et 19 *ff.* indicem complectentia. Tomo I., praeter illa in titulo nominata, continentur: „Platonica fabula de Sortitione animarum, cum Tabula Cebetis belle conueniens: Libro de Republica decimo, p. 68 sqq.; Prodici Hercules, Xenophon Memor. II. p. 76 sqq. Quae omnia excipiunt Wolfii notae *etc.* Simplicius latine tantum hic legitur; p. 234 sqq.; habentur: Philosophorum problemata; p. 238 sqq.: Plutarchi libellus, quo deridet stoicos, interprete Hi. Wolfio; p. 240 sqq.: Alius Plutarchi libellus, eodem interprete, qui Gryllus a Grunnitu porcorum inscribitur; p. 256 sqq. notae, quae ad contextum graecum spectant, leguntur.

Ex editionibus *Wolfii* a. 1560 sqq. editis recusa est nunc descripta; sed Arriani contextus graecus ex editione a. 1554 insuper adiectus est, et Wolfii praefationes sunt omissae. Bibl. sen. Lips.

1600, 8. Epicteti Stoici Philosophi Enchiridion, graece latine. Cum Angeli Politiani interpretatione latina. Item Arriani Commentarius eiusdem Epicteti, graece latine, interprete Iac. Schegkio. Graecus contextus longe quam antehac prodiit emendatior. Lgd., Vignon. —— *V.* 1594. Editionis, quae prodiit *Genevae*, 1600, 8. titulus novus tantummodo est.

1655, 8. EPICTETI Stoici Philosophi Enchiridion, una cum CEBETIS Thebani Tabula. Accessêre ARRIANI Commentariorum de Epicteti disputationibus Lib. IV. Omnia Hieron. Wolfio interprete, cum ejusdem annotationibus. Cum locuplete rerum et verborum in singulis memorabilium indice. Editio nova, prioribus correctior. Cantabrigiae: ex celeberrimae Academiae typographeo. Impensis G. Morden, bibliopolae. Ann. Dom. MDCLV. —— 3 *sh.* 6 *d.* Ex editione a. 1595 recusa, aucta scriptis Porphyrii: de abstinentia ab esu animalium; Vita Pythagorae, Sententiae *al.* In altero titulo, qui primum locum habet, scripta, quae hac in editione insuper addita extant, indicantur. Bibl. acad. et sen. Lips. *V.* 1670.

1670, 8. Epicteti Stoici philosophi Enchiridion: una cum Cebetis Thebani Tabula. Quibus adjiciuntur hac editione Simplicii Commentarius in Enchiridion Epicteti. Item Arriani Commentariorum de Epicteti Disputationibus Libri IV. Omnia Hieronymo Wolfio interprete. Cum locuplete Rerum et Verborum in singulis memorabilium Indice. Lond., typis Flesher, prostant ap. Gu. Morden, Bibliopolam Cantabrigiensem. —— 3 *sh.* Ut Angli ipsi confitentur, haec editio negligenter ex ed. a. 1655 repetita est.

1739 — 1741, 4. Epicteti quae supersunt Dissertationes ab Arriano collectae nec non Enchiridion et Fragmenta, Graece et Latine, in duos Tomos distributa. Cum integris Iac. Schegkii et Hi. Wolfii, selectisque aliorum doctorum annotationibus. Recensuit notis et indice illustravit I. Upton. Lond., impensis Th. Woodward *etc.* M. DCCXXXIX. MDCCXL. *Voll. II.* —— Magni aestimata editio, quae, substrata ed. a. 1670, novam recensionem ad trium codicum et editionum varias lectiones conditam continet. Epicteti Enchiridion LII capitibus distinctum est. 1 *L.* 15 *sh.* Exx. in ch. m. circiter 4 *L.* 4 *sh.* emuntur.

1799 — 1800, 8. Epictetae Philosophiae Monumenta ad Codd. Mss. fidem recensuit, Latina versione, adnotationibus, indicibusque illustravit Io. Schweighaeuser. Lps., Weidmann. *V Voll.* —— 18 *Th.*, ch. holland. 30 *Th.* T. I. — III. prodierunt sub tit.: Epicteti Dissertationum ab Arriano digestarum libri IV. Eiusdem Enchiridion et ex deperditis Sermonibus Fragmenta. T. IV. — V.: Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion. Accedit Enchiridii Paraphrasis christiana, et Nili Enchiridion. Novam recensionem *Schweighaeuser* hac editione condidit, doctumque commentarium praeter emendatam versionem latinam adiecit. Quod adtinet autem ad fragmentorum collectionem, neglexisse videtur Eclogas Ioannis Stobaei, Vol. I. (1792) p. 232 quas *Heeren* edidit.

Bb) *Opera singula.*

1) Enchiridion.

1528, 4. *ΣΥΜΠΛΙΚΙΟΥ ἘΞΗΓΗΣΙΣ ἘΙΣ ΤΟ ΤΟΥ ἘΠΙΚΤΗΤΟΥ ἘΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.* SYMPLICII Commentarius in Enchiridion EPICTETI, cum Textu. *Graece. In fine:* Venetiis per Ioan. Antonium et Fratres de Sabio Anno Domini MDXXVIII. Mensis Iulii. Cautum est decreto Illustris Dominii ne quis audeat hoc opus imprimere circa decem annos sub pena in eo contenta, et sub pena excommunicationis prout in breue continetur. —— 102 num. *ff.* et 1 non num. *f.*, quod indicatam subscriptionem habet. Initio voluminis contextus Epicteti graecus in partes singulas divisus legitur inter Simplicii commentarium usque ad cap. XXV; inde vero neque capita sunt distincta, neque Epicteti contextus integer adiectus est.

1529, 8. *ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ.* Idem latine per Ang. Politianum. *Εἰς Επικτητον Λεωνιδου. Δουλος Ἐπικτητος γενομην, και σωμ᾽ ἀναπηρος, και πενιην ιρος και φιλος ἀθανατοις.* Norenbergae apud Ioan. Petreium Anno M. D. XXIX. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 2 *a:* D. Iulio Pflugk viro clariss. doctiss. que patrono bene merito, Gregorius Haloander. S. *In fine:* Epicteti Enchiridii finis. Lectori. —— 38 *ff.* *Haloander*, qui priorem editionem non norat, in hac rarissima editione primus integrum textum e codice

msto edidit, LXII capitibus distinctum. Deinde: epistola Angeli Politiani ad Laurentium Medicem in Epicteti Stoici Enchiridion, e graeco a se interpretatum exhibetur, quam eiusdem versio Epicteti latina excipit. Agmen claudit Haloandri admonitio ad lectorem, qua duo loca Epicteti corrigit. *V.* 1531.

1531, 8. *ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.* Idem Latine, Angelo Politiano interprete. Basileae apud And. Cratandrum Anno M. D. XXXI. *In fine:* Basileae, apud Andream Cratandrum An. M. D. XXXI. —— Ex priore, paucis aliter constitutis, excusam esse *Schweighaeuser* utriusque editionis collatione satis probavit.

1535, 8. —— *V.* Arrianus Cc) 1).

1540, 4. Epicteti Enchiridium, Graecè, mille in locis castigatum. Paris., per Conrad. Neobarium, Regi à Graecâ typographiâ.

1550, 8. Epicteti Enchiridion, graecè; cui accessit magna pars ex Graecanicis Ioannis Stobaei collectaneis, per Hieronymum Verlenium: *in sole aureo*, Lovanii ex officinâ Bartholomaei Gravii. —— Sic *Maittaire* in Indice Annal. typ. T. V. p. 365.

1552, 4. — graece, multis in locis a Iac. Tusano castigatum. Paris., Mt. Iuvenis. —— *V.* 1567.

1554, 8. Moralis Philosophiae medulla, seu Epicteti Enchiridion, Graece et Latine, cum explanatione Thomae Naogeorgii. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium. —— 16 *ff.* praefixa, 479 pp. Ex *Heynii* sententia (*v.* eiusdem praefat. p. XXXI.) *Naogeorgius* codice msto bonae notae usus est; sed nuper *Schweighaeuser* contendit, eum ex editione a. 1529 sive 1531, vel Politiani versione vel coniecturis adhibitis, textum repetendum curasse. Bibl. acad. Lips.

(1560—1563,), 8. Epicteti Enchiridion, hoc est Pugio, sive Ars humanae vitae correctrix: unà cum Cebetis Tabula, qua humanae vitae prudenter instituendae ratio continetur: Graece et Latine. Quibus nunc demum accesserunt, e Graeco translata Simplicii in eundem Epicteti libellum doctissima Scholia; Arriani Commentariorum de Epicteti Disputationibus Libri IV. Item alia eiusdem argumenti, in studiosorum gratiam, et Scholarum usum, Hieronymo Wolfio interprete: una cum Annotationibus eiusdem. Basileae, per Ioannem Oporinum. *Voll. III. in I Vol.* —— *Tomo I.*, cuius praefatio signata est: „Augustae Vindelicor. VII. Calend. Iulii, anno MDLX.“ continentur p. 1—85: „Epicteti Enchiridion, graece cum Wolfii Versione Latina et Annotationes; p. 86—121: Wolfii in Tabulam Cebetis Annotationes.“ In fine sequuntur haec: 1) Platonica fabula de Sortitione Animarum, e lib. X. de Republ. gr. et lat. Ioach. Camerario interprete; 2) Quaedam Hesiodi aliaque cum Cebete comparanda; 3) Prodici de Hercule in bivio narratio ex Xenophontis Memor. Socratis gr. cum vers. Budaei, ac Bessarionis latina, et poetica Ioach. Camerarii imitatione, *al.* *Tomus II.* habet titulum: „Epicteti Enchiridion, — — cum eruditissimis Simplicii Scholiis, Hieronymo Wolfio interprete. Accesserunt et alia, non incommoda studiosis futura: unà cum Rerum et Verborum Indice copioso.“ In calce annus impressionis indicatur: „Basileae, ex officina Ioannis Oporini, anno Salutis humanae M. D. LXIII. Mense Martio.“ Sub praefatione legitur: „Nonis Martii, anno MDLXI.“ Hoc tomo continentur 1) p. 17—366; „Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion, latine, ex Wolfii interpretatione, cum eiusdem adnotationibus.“ quibus praecipue contextus editionis a. 1528 emendatur; 2) p. 367—385: „Epicteti Sententiae e Stobaei collectaneis, latine, Wolfio interprete, cum Annotatione locorum aliquot Oporinianae editionis 1554, quae emendationem postulare videntur; 3) p. 386—421: Altercatio Hadriani Aug. et Epicteti; Problemata quorundam philosophorum; Plutarchi libellus, quo deridet Stoicos *etc.*, et eiusdem liber Gryllus *etc.*; Hier. Wolfii elegia paraenetica. *Tomus III.* habet titulum: „Arriani Commentariorum de Epicteti Disputationibus Libri IV Hieronymo Wolfio Oetingensi interprete, adiectis etiam Annotationibus eiusdem. Accessit Rerum ac Verborum copiosus Index.“ Praefatio signata est: „Idibus Augusti, anno M. D. LX.“ In textu constituendo Wolfius illas quinque ante a. 1560 in lucem publicum emissas editiones, quas appellat *codices*, adhibuit, et contextum enchiridii LXXIX capitibus distinxit. *V.* ante Aa) 1595.

1499, f. *F.* 1 *a epigrammata duo graeca inscripta: Μαρκου μουσουρου του κρητος. et alterum: Ιωαννου γρηγοροπουλου του κρητος.* *F.* 1 *b rubro: Μαρκος ὁ μουσουρος τοις ἐν παταβιω σχολαστικοις εὐπραττειν.* *F.* 2 *a (sign. Α β) initio ornamentum ligno incis. et rubro colore pict. Deinde rubro: ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΜΕΓΑ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ, || ΠΑΝΥ ΩΦΕΛΙΜΟΝ: ∽ || ΤΟ ΑΛΦΑ, ΜΕΘΕΑΥΤΟΥ: ∽ In fine f.* 222 *b: Το μεγα Ἐτυμολογικον ἐντυπωθεν, περας εἰληφεν ἠδη συν θεω ἐν ἐνετιαις. αναλωμασι μεν, του εὐγενους και δοκιμου ἀνδρος, κυριου Νικολαου βλαστου του κρητος. παραινεσει δε της λαμπροτατης τε, και σωφρονεστατης κυριας Αννης θυγατρος του πανσεβεστου του και ἐνδοξοτατου του κυριου Λουκα νοταρα ποτε μεγαλου δουκος της κωνσταντινουπολεως. πονω δε και δεξιοτητι, Ζαχαριου καλλιεργου του κρητος. των λογιων ἀνδρων χαριν, και λογων Ἑλληνικων ἐφιεμενων. Ἐτει τω ἀπο της χριστου γεννησεως χιλιοστω τετρακοσιοστω ἐνενηκοστω ἐνναιω. Μεταγειτνιωνος ὀγδοη ἱσταμενου. Insigne typ. rubro impressum. F.* 223 *a regist., et insigne typ. rubro impressum a praecedente diversum c. litt. Ζ.Κ.* —— 223 *ff.* 50 lin. et duabus columnis impressa editio princeps et omnium rarissima. Bibl. acad. Lips.

1549, f. *ΜΕΓΑ ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ.* MAGNVM ETYMOLOGICVM Graecae linguae, nunc recens summa adhibita diligentia excusum, & innumerabilibus penè dictionibus locupletatum. — QVAS VT FACILIVS COGNOSCERE Lector possit, singulis manus index est apposita. Adeo vt ferè nihil in hoc Libro desiderari iam possit ab ijs, qui Graecis literis nauant operam. *Infra Aldi insigne typ. cum:* AL||DVS. — Venetijs apud Federicum Turrisanum. M. D. XLIX. *In fine f.* 175 *b:* REGISTRVM. — *Α*A *Β*B C*Γ* D*Δ* E*Ε* F*Ζ* G*Η* H*Θ* I*Ι* K*Κ* L*Λ* M*Μ* N*Ν* O*Ξ* P*Ο* Q*Π* R*Ρ* S*Σ* T*Τ* V*Υ* X*Φ* Y*Χ*. — V*Υ*, Quinternio, Caeteri autem Quaterniones. — VENETIIS, APVD FEDERICVM TVRRISANVM. M. D. XLIX. —— 177 usque ad 175 num. *ff.*; sunt enim duo *ff.* post *f.* 156 non numerata. 1 *f.* in calce habet Aldi insigne typ., ut est in fronte. Certissime e typographia *Pauli Manutii* prodiit. Bibl. sen. Lips.

1694, f. *ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΤΟ ΜΕΓΑ. ηγουν ἡ μεγαλη γραμματικη.* ETYMOLOGICON MAGNVM; SEV magnvm Grammaticae penv: In quo & Originum & Analogiae doctrina ex Veterum sententia copiosissime proponitur: Historiae item & Antiquitatis monumenta passim attinguntur: Superiorum editio-

num variorumq; auctorum collatione a multis ac foedis mendis repurgatum, perpetuis notis illustratum, tribusq; vtilissimis Indicibus, Verborum, Rerum, atq; Auctorum numero pene infinitorum, nunc recens adauctum: Opera Friderici Sylbvrgii Veter. E Typographeio Hieronymi Commelini, Anno Christi MDXCIIII. — Magni aestimata editio, quae repetita est a. 1816. Bibl. acad. et sen. Lips.

1710, f. *ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΤΟ ΜΕΓΑ, ἤγουν ἡ μεγαλη γραμματικη, Βιβλος πανυ χρησιμος και ἀναγκαια τοις Φιλομαθεσιν, εἰς χαριν των σπουδαιων της Ἑλληνικης γλωσσης. — Ἐκ πολλων σφαλματων των ἐν ταις ἀλλαις προυπαρχοντων ἐκδοσεσι νεωστι ἐκκαθαρθεισα, Και μετα πλειστης ἐπιμελειας τε και διορθωσεως μετατυπωθεισα. ΕΝΕΤΙΗΣΙ Παρα Νικολαῳ τῳ Σαρῳ. αψι. Ἐν τῃ Τυπογραφια Ἀντονιου του Βορτολι* 1710. ***CON LICENZA DE' SUPERIORI, E PRIVILEGIO.*** *In fine* p. 445: *Διορθωσει Παναγιωτȣ τȣ ἀπο της ἐν τῳ εὐξεινῳ Ποντῳ πολεως Σινωπης. — ΤΕΛΟΣ.* — 2 *ff.* praefixa, 445 pp. Hanc rarissimam editionem bibl. sen. Lips. adservat. Non magni autem habetur, quod additamenta serioris temporis non sunt distincta, indicibusque caret.

1816, 4. — Editio nova correctior. (*Cura et opera Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Weigel. — 8 *Th.*, ch. scr. 10 *Th.*, ch. membr. 14 *Th.* *V.* 1694.

bb) ***D e l e c t u s.***

1654, 8. Etymologicum parvum, ex Magno illo Sylburgii, Eustathio, Martinio, aliisque digestum opera et studio F. Gregorii. Lond. — Exx. etiam in ch. membr. extant.

1786, 8 mai. Spicilegium glossarum sacrarum, ex Etymologico M. congestum a I. Ch. Gli. Ernesti. — *V.* eiusdem collectionem Suidae et Phavorini Glossarum sacrarum. Lps., Weidmann.

II. *Illustrantia Etymologicum scripta.*

( ) Animadversiones in Etymologici Magni Auctorem. — *V.* in Miscellan. Observatt. Vol. I. P. III. p. 413 — 420; Vol. II. P. II. p. 289 — 295.

I. Chph. *Bielii* Excerpta e literis Bielii de Etymologo graeco inedito in Bibl. Guelferbytana hodie adservato. — *V.* Supplementa ad Acta Eruditorum T. VI. Sect. VI. (1717) p. 253 — 261.

I. C. *Harenberg:* De Photii Etymologico M. diatribe epistolica. — *V.* in Bibl. Bremensi nova. Class. V. fasc. II. no. 5. p. 290 sqq.

L. *Kulenkampii* Spec. emendationum et observationum in Etymologicum Magnum maximam partem petitarum ex codice Gudiano qui Guelpherbyti in serenissimorum ducum Brunsuico-Luneburgensium bibliotheca adservatur. Cum tab. aer. incisa. Gotting., Vandenhöck. 1765, 4 mai. — 43 pp. 5 *Gr.* Kulenkampius ipse hoc etymologicum e codice nominato edere voluit, sed promissis suis non stetit. Adparatus, quem ille sibi iam paraverat, nunc in bibl. Gotting. adservatur. Specimen autem repetitum est in Bibl. Bremensi nova. Class. VI. fasc. I. (1766, 8) p. 133 — 186. Tabula aeri incisa inscripta est: „Exempla scripturae rarissimi Gudiani quondam, nunc Guelpherbytani codicis Etymologicon Graecum continentis."

Pierre H. *Larcher:* Remarques critiques sur l'etymologicum magnum. — *V.* Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XLVII. (Paris, 1809, 4) hist. p. 105 sqq.

Mitscherlich: Ueber das ungewisse Zeitalter des Vfs. des Etymologicums M. und über das Ms. zu Utrecht. — *V.* Leipz. Litter. Anz. 1800. no. 157.

I. Viti *Pergeri* Castigationes in Etymologicum Magnum edidit *M.* M. Runkel. — V. *Seebodii* Neues Archiv für Philologie und Paedag. An. I. fasc. 4. p. 66 — 72.

M. *Runkel:* Observationes nonnullae in Etymologicum Magnum. — V. *Seebodii* Neues Archiv für Philologie u. Paedagogik 1827 fasc. 1. p. 119 — 122.

Saxe: De Etymologico inedito bibl. Vltraject., eiusque fatis et historia. — *V.* eiusdem Onomasticon Vol. II. p. 159 sqq.

C. *Segaar:* Epistola critica ad Valckenarium de Etymologico Msto. Ultraj., 1766, 8 mai.

F. Gu. *Sturzii* Novae Annotationes in Etymologicum Magnum, Lipsiae editum. — V. eiusdem: Libellum, quo *Dr.* Ch. Dan. Beckio faustum illum diem, quo ante hos L annos summis ampliss. philosoph. ord. honor. rite ornatus est, pie gratulatur *etc.* die XXI. m. Febr. anni CIƆIƆCCCXXVIII. 4. soc. philol. Lps., Knobloch. 9 *Gr.*

EUAGRIUS Ponticus.

Fabr. B. Gr. T. VIII. p. 364 sqq.; *ed. n.* T. IX. p. 284 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia coniunctim edita.*

1788, f. Euagrii Pontici Opera, quae exstant omnia, Nunc primum collecta & digesta. —— *V.* in *Gallandii* Bibl. PP. T. VII. p. 551—581. Habentur hic: „Capita practica ad Anatolium. Liber practicus. Rerum monachalium rationes, earumque iuxta quietem appositio. Capitula XXXIII per gradus quosdam disposita consequentiae. Spirituales Sententiae per alphabetum dispositae. Aliae Sententiae. Ad Anatolium de octo vitiosis cogitationibus. Sententiae ad eos qui in coenobiis & xenodochiis habitant fratres. Sententiae ad virgines. Scholion in *IIIIII*.

Bb) *Opera singulatim edita.*

1) Monachus.

1686, 4. *Ευαγριου Μοναχος η περι πρακτικης, και των κατα μοναχων τα αιτια και η καθ' ησυχιαν τουτων παραθεσις.* Euagrii Monachus sive de vita practica, et rerum monachalium rationes, earumque iuxta quietem adpositio. Graece cum versione latina et notis Io. Bapt. Cotelerii. —— *V.* eiusdem Ecclesiae graecae Monumenta T. III. (Paris.) p. 68—115.

2) Antirrheticus.

1680, 4. Euagrii Pontici Antirrheticus sive Liber ad Anatolium de octo vitiosis cogitationibus. Graece et Latine, cura Emerici Bigotii. —— *V.* post Palladii Dialogum de vita S. Chrysostomi. (Paris.) p. 349—355.

II. *Editiones versionum.*

1) Antirrheticus.

1677, 4. Euagrii Antirrheticus, Latine. —— *V.* in Bibl. Max. Patrum (Lugd.) T. V. p. 1233—1235; T. XXVII. p. 97—99. Prodiit etiam latine inter Ioannis Damasceni opera.

2) Sententiae.

1661, 4. Euagrii Pontici Sententiarum libri II, latine ex Gennadii versione. —— In *Holstenii* adpendice regularum roman. p. 34.

1677, f. —— *V.* in Bibl. Patrum. (Lugd.) T. XXVII. p. 469—471.

III. *Illustrantia Euagrium scripta.*

Ger. I. *Voss*: De Euagrio Pontico. —— *V.* eiusdem de Historicis graecis libros IV. ed. II. (Lugd., 1651, 4) p. 256 sq.

I. G. *Walch*: De Euagrio. —— *V.* eiusdem Historiam eccles. N. T. p. 1504.

EUAGRIUS Scholasticus.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 126 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 432 sqq.

I. *Editiones textus.*

1544, f. Euagrii Scholastici Historiae ecclesiasticae libri sex. Graece. —— Cum Eusebio Histor. eccles. Paris.

1612, f. — graece et latine. —— V. *ib.* Col.

1720, f. — graece et latine cum annotationibus H. Valesii et observationibus W. Reading. —— Cum Theodorito. Cbr.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1549, f. — latine, interprete Wolfg. Musculo. —— Cum Eusebio Hist. Eccles. Bas.

1569, f. — latine per I. Christophorsonum. —— Cum Sozomeno aliisque. Arg.

1570, f. — cum scholiis I. Iac. Grynaei. —— Cum Eusebio. Bas.

1570, f. —— V. *ib.* Col.

1581, f. — cum annotatione Suffridi Petri. —— V. *ib.* Col.

1587, — 1611, f. —— V. *ib.* Bas.

B. germanicarum.

177., 8. Des Euagrius Kirchengeschichte im Auszuge übers. von Ch. F. Rössler. —— *V.* eiusdem Bibl. der Kirchenväter P. VII. p. 311—478.

C. gallicarum.

1576, 4. Euagrius. L'histoire eccles. trad. L. Cousin. —— Cum Theodorito. Paris.

D. anglicarum.

1577, f. Ecclesiastical historie of Euagrius, faithfully translated by Meredith Hanmer. — Cum Eusebio aliisque. Lond.

EUBULIDES.

H. *Ritter:* Ueber Eubulides und dessen Trugschlüsse. — *V.* Rheinisches Museum für Philologie, Philosophie *etc.* 1828. fasc. 13. p. 331 sqq.

EUBULUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 760 sq.; *ed. n.* T. II. p. 442 sqq.

I. *Fragmenta.*

1553, 8. Eubuli Fragmenta. — *V.* inter Comicorum veterum sententias, a *Morellio* collectas. (Paris., H. Stephanus.) p. 58.

1569, 12. — graece et latine. — V. *ib.* p. 428 sqq.

1616, 8. — *V.* in *Hertelii* Bibl. vett. Comicor. (Veron.) p. 536.

1626, 4. Eubuli Fragmenta, graece et latine, auctius quam ante collecta. — *V.* inter *Hug. Grotii* Excerpta ex Tragoediis et Comoediis graecis. (Paris.) p. 646 — 661.

1784, 8. Eubuli fragmentum ex comoedia Baccho, graece. — *V.* in *Rich. Fr. Ph. Brunckii Ηθικη ποιησις.* (Arg.) p. 197 sq. Rep. 1815 sqq.

1805, 8 mai. Eubuli, comici poetae, fragmenta. — *V.* inter Comicorum Graecorum fragmenta quaedam. Curante Rob. Walpole. (Cbr.) p. 21 — 23.

1815, 12. — *V.* inter Poetas graecos gnomicos. (Lps., Tauchnitz.) p. 156.

1817, 12 mai. — V. *ib.* Lps., Weigel.

1817, 8 mai. — V. *ib.* iterum a *Schaefero* editos. Lps., G. Fleischer.

1823, 32. — V. *ib.* curante *Boissonadio.* (Paris., Lefevre.) p. 183.

II. *Versiones.*

A. germanicarum.

1830, 8. Ein Bruchstück aus den Blumenhändlerinnen des Eubulus (Athen. XIII. p. 557 f.) übersetzt von F. Jacobs. — *V.* eiusdem Abhandlungen über Gegenstände des Alterthums, sive: Vermischte Schriften Vol. IV. (Lpz., Dyk.) p. 372.

B. anglicarum.

1805, 8 mai. Eubulus's fragments transl. — *V.* inter Comicorum Graecorum fragmenta quaedam. Curante Rob. Walpole. (Cbr.) p. 66 sq. Fragmenta ex Baccho et Curvo sunt anglice ex Observer vol. VI. p. 40 et 41; ex Chrysilla autem sunt latine conversa.

III. *Illustrantia Eubulum scripta.*

C. W. *Ahlwardt:* Ueber ein Fragment des Komikers Eubulus. — V. *Seebodii* Kritische Bibl. 1821. fasc. 5. p. 385 — 390.

H. Fynes *Clinton:* On Eubulus, comic. — *V.* eiusdem Fastos Hellenicos. Ox., 1824, 4; ed. II. *ib.*, 1827, 4., et latine conversos per *Krügerum.* Lips., 1830, 4.

I. F. *Ebert:* De Eubulo Atheniense, comico poeta. — *V.* eiusdem Dissertationes Siculas. T. I. (Rgm., 1825, 8) p. 99.

C. G. A. *Erfurdt:* Eubulus tentatur et emendatur. — *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaei Deipnosophistas, insertas Königsberger Archiv Vol. I. (Königsb., 1812, 8) p. 425. 428 al.

Raph. *Fiorillo:* Observationes criticae in Eubuli fragmenta. — *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaeum. P. I. (Gotting., Dieterich. 1803, 8) p. 10 al.

Casp. *Hoffmann:* Eubuli versus exponitur. — *V.* eiusdem Variarum Lectionum libros VI. (Lps., 1619, 8) lib. III. cap. XV. et XVI.

F. *Jacobs:* Observationes criticae in Eubuli fragmenta. — *V.* eiusdem Additamenta Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8) p. 5 sq. 23 al.

A. *Meineke:* Curae criticae in Eubuli fragmenta. — *V.* eiusdem Curas criticas in Comicorum fragmenta ab Athenaeo servata. (Brl., 1814, 8) p. 20 sq. 36 sq. al.

— —: De Eubulo, poeta mediae comoediae. — *V.* eiusdem Quaestionum Scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 16 — 23.

I. *Toup:* Observationes in Eubuli fragmenta. — *V.* eiusdem Opuscula critica. (Lips., 1780, 8) T. II. p. 90. 298 al.

EUCLIDES.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 369 sqq.; *ed. n.* T. IV. p. 44 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1530, f. Euclidis opera, graece, cum Theonis expositione, cura Sim. Grynaei. Basileae. —— Quamquam *Heilbronner* in Historia matheseos universae. (1742, 4) p. 159, et post eum alii hanc editionem commemorant, tamen adhuc de ea dubitandum erit.

1539, f. Euclidis Opera omnia, graece cum scholiis graecis. Basileae.

1703, f. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ* Euclidis quae supersunt omnia. (*Graece et Latine.*) Ex recensione Davidis Gregorii M. D. Astronomiae Professoris Saviliani et R. R. S. Oxoniae, e Theatro Sheldoniano. —— 1 tab. fig. et 8 *ff.* praefixa, 686 pp., et 1 *f.* continens „Errata." Diligentissime haec nitidissima et locupletissima omnium fere editio typis excusa est. Textus recensio ad codices mstos bonae notae bene est constituta; additaeque sunt notae H. Savilii: qua re editio magni habetur.

1814 — 1818, 4. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.* Euclidis quae supersunt. — Les Oeuvres d'Euclide, en Grec, en Latin, et en Français, d'après un Ms. très ancien, qui étoit resté inconnu jusqu'à nos jours. Par F. Peyrard, traducteur des Oeuvres d'Archimède; Ouvrage approuvé par l'académie des sciences. Paris, imprimerie de Patris, librairies de Treuttel et Würtz. *Voll. III.* —— Tomus. I. prodiit a. 1814. xliv, 518 pp., et 1 *f.*: Errata; Tomus II. 1816. xliv, 518 pp., et 1 *f.* Errata; Tomus III. 1818. xviij, 616 pp. 90 *fr.*, ch. membr. 180 *fr.*, 4 mai. 240 *fr.*, 4 mai. ch. membr. 480 *fr.* In ch. membr. 50 exx., et in 4 mai., ut etiam in 4 mai. ch. membr. 25 exx. impressa sunt. *Peyrard*, qui praeter codicem vetustissimum bibliothecae Vaticanae, cum Parisiis esset adservaretur, XXIII aliis codicibus usus est, et multas lacunas explevit et textum emendavit ita, ut haec editio prae ceteris Elementa Dataque primum emendatius contineat.

Bb) *Opera singula.*

1) Elementa.

aa) *Integra.*

1533, f. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ στοιχειων βιβλ. ιε. εκ των Θεωνος συνουσιων. Εἰς του αὐτου το πρωτον, ἐξηγηματων Προκλου βιβλ. δ.* Adiecta praefatiuncula in qua de disciplinis Mathematicis nonnihil. BASILEAE APUD IOAN. HERVAGIUM. ANNO M. D. XXXIII. MENSE SEPTEMBRI. *In fine:* BASILEAE APVD IOAN. HERVAGIVM ANNO M. D. XXXIII. MENSE SEPTEMBRI. —— 6 *ff.* praefixa, quibus continentur praefatiuncula et dissertatio: de methodo et quonam pacto geometrae utantur tum quomodo ad disciplinas ceteras sit transferenda locus Galeni doctissime rem explicans. 268 pp. cum figuris mathematicis textui intersertis. Deinde sequuntur singulari paginarum numero: *Προκλου Διαδοχου εἰς το πρωτον των Εὐκλειδους στοιχειων βιβλιον πρωτον, etc.* et his finitis scholion in Euclidis elem. lib. I. 24 problem., et: *περι δοθεντος συντομως.* 115 pp. Sim. Grynaeus, qui hanc editionem curavit, Euclidem e duobus codicibus mstis, et Proclum primus e codice mutilato Oxon. edidit. *Barocii* autem versio, addita, quae a. 1560 Patavii prodiit, e duobus codicibus, altero Cretensi altero Bononiensi, expleta est. *V.* infra s. v. Proclus. III. *Aurivillius* et *Morelli.* Bibl. acad. Lips.

1545, 8. *Εὐκλειδου ϛοιχειων βιβλια ιέ.* Euclidis elementorum libri XV. (*Graece edidit Ang. Caianus.*) Romae M. DXLV. *In fine:* Romae apud Ant. Bladum Asulanum. M. D. XLV.

1557, 8. Euclidis Elementorum libri XV. (*Graece et latine, cum praefatione Steph. Gracilis.*) Lutetiae, ap. Gu. Cavellat. —— Rep. 1573.

1564, 8. EVCLIDIS elementorvm libri XV. Graece et Latine, Quibus, cùm ad omnem Mathematicae scientiae partem, tum ad quamlibet Geometriae tractationem, facilis comparatur aditus. *Infra: Επιγραμμα παλαιον.* Coloniae, Apud Maternum Cholinum. M. D. LXIIII. —— 15 *ff.* praefixa continent titulum, praefationem ex editione a. 1557, et 1 vac. *f.*, 159 num. *ff.* Expressa esse videtur editio ex ed. a. 1557 edita. In *Murhardi* Litteratur der mathemat. Wissensch. Vol. II. (Lpz., 1798, 8) p. 4 sq. notatam non reperi.

1573, — 1598, 8. — Lutetiae, Marnef. —— *V.* 1557.

1612, 8. Euclidis Elementorum Libri XV, quibus cum ad omnem Mathematicae scientiae partem, tum ad quamlibet Geometriae tractationem, facilis comparatur aditus. Coloniae, apud Gosuinum Cholinum.

1826—1829, 8 mai. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΑ.* Euclidis Elementa ex optimis libris in usum tironum, graece edita ab E. F. August. Brl., impensis T. Trautweinii. *Voll. II.* —— XVI, 309; II, 394 pp. Cum figg. mathem. lapidi inscriptis. 3 *Th.* 12 *Gr.* Textus emendatus est, adhibito codice msto Monacensi, et collatis editionibus Basileensi, Oxoniensi et Parisina. Adparatus criticus est locuples. Conf. *Iahnii* Annal. 1831. III. 3. p. 308 sqq.; ephem. litter. Jenens. 1831. Additam. no. 31. p. 241 sqq.

bb) *Delectus.*

1a) libri sex.

1536, f. — 1544, — 1551, 4. Orontii Finei Delphinatis, Regii Mathematicorum Professoris, in sex priores libros Geometricorum Elementorum Euclidis Megarensis Demonstrationes. Qvibus ipsius Euclidis textus graecus, suis locis insertus est; una cum interpretatione latina Bartholomaei Zamberti Veneti, ad fidem Geometricam per eundem Orontium recognita. Parisiis, apud Simonem Colinaeum MDXXXVI. —— 174 pp. Interpres artis mathematicae non guarus in vertendo saepe erravit.

1549, 8. *Εὐκλειδου στοιχειων βιβλια ἑξ* Euclidis Elementorum geometricorum Libri sex conversi in latinum sermonem a Ioach. Camerario. Edebat Lipsiae Georg. Ioach. Rhet. Exprimente Valentio Papa. Anno M.D.XLIX. —— 8 *ff.* praefixa, 119 pp. Problemata tantum graece exhibentur cum versione latina, omissis demonstrationibus. *V.* 1577.

1550, f. Euclidis Megarensis Philosophi et Mathematici excellentissimi sex libri priores de geometricis principiis, graeci et latini, vna cum demonstrationibus propositionum absque litterarum notis, veris ac propriis et aliis quibusdam usum earum concernentibus non citra maximum huius artis studiosorum emolumentum adiectis. Algebrae porro regulae propter numerorum exempla passim propositionibus adjecta, his libris praemissae sunt, eaedemque demonstratae. Authore Ioanne Scheubelio in inclyta Academia Tubingensi Euclidis professore ordinario. — Cum gratia et privilegio Caesaris ad quinquennium. Basileae per Ioannem Hervagium. *In fine:* Anno salutis humanae. MDL. Mense Septembri. —— 315 pp. 76 pp. complectens algebra praemissa est. In demonstrationibus, quas *Scheubel* adiunxit problematis, angulos et lineas verbis explicavit; ideoque non satis clarus est. Omnino editio nihil habet peculiare.

1577, 8. *Εὐκλειδου στοιχειων βιβλια ἑξ.* Euclidis Elementorum Geometricorum Libri sex, conversi in Latinum Sermonem a Joach. Camerario. Quibus adjectae sunt trium priorum librorum Demonstrationes, atque editae in gratiam et vtilitatem studiosorum Mathematices in Acad. Lips. a Mauritio Steinmetz Gersb. Medicinae Licentiato. Lips. *In fine:* Lipsiae imprimebat Ioh. Steinmann. —— 240 pp. Textus graecus est adiectus.

1590, f. Euclidis libri VI priores de geometricis principiis, Graecè Latinè cum Commentario I. Scheubelii. Basileae.

1610, 4. Iac. Peletarii in Euclidis Elementa geometrica demonstrationum libri sex. Edit. II. auctior et emendatior, cui et textus Euclidis graecus additus est. Lugd., Tornaesius. —— Editionem primam *v.* infra III.

1620, f. EVCLIDIS Elementorum libri priores sex, Graece et Latine secundum vetera exemplaria restituti, ex versione latina Federici Commandini, aliquam multis in locis castigata, cura Henrici Briggii. Lond., Gul. Iones.

1724, 4. Euclidis Elementorum geometricorum Libri VI. (*Graece et Latine*) in latinam linguam translati a Ioach. Camerario, nunc iterum editi a L. T. Weise, Fac. Ph. in Ac. Iul. Adjunct. Helmst. —— 75 pp. *V.* 1577.

1824—1826, 8. Euclidis Elementa, graece et latine, Commentariis instructa ediderunt I. Gu. Camerer et C. F. Hauber. *Alius titulus:* Euclidis Elementorum libri VI priores. Graece et latine Commentario e scriptis veterum et recentiorum Mathematicorum et Pfleidereri maxime illustrati. Edidit I. Gu. Camerer et C. F. Hauber. Brl., Reimer. *Voll. II.* —— XXX, 482 pp. et X tabb.; II, 376 pp. et VI tabb. 4 *Th.* 16 *Gr.* Editores textum Peyrardi potissimum secuti sunt; in nonnullis tantum locis lectionem editionum Basileensis et Oxoniensis receperunt, et quidem in iis, ubi *Peyrardus* codicis Vaticani auctoritate verba extinxit. Quod autem ad versionem latinam attinet, cum *Peyrardus* admodum fide vertisset ideoque linguae latinae leges neglexisset, *Gregorium* maxime secuti sunt, ut ac-

curatiorem magisque perspicuam versionem darent. In commentario satis copioso priorum interpretum notas selegerunt. Maxime commendanda est: „De Euclide geometra notitia historica collecta potissimum e Proclo, Savilio, Fabricio, Scheibelio. Pag. 402—482 habentur quatuor excursus de Element. I. 29; I. 47; II. 12. 13; III. 16. Conf. ephem. litter. Jenens. 1826. no. 35. 36. 37; Annal. Heidelberg. 1826. no. 7. p. 686 sqq.; *Seebodii* bibl. crit. 1826 fasc. 7. p. 697 sqq:

1825, 8 mai. Euclidis Elementorum sex libri priores cum undecimo et duodecimo. Textum e Peyrardi recensione in usum gymnasiorum edidit glossarioque in hos octo libros instruxit I. G. C. Neide. Halis Sax., sumt. libr. Gebauerianae. —— XII, 292 pp. 1 *Th.* 6 *Gr.* Sine notis et variis lectionibus.

2b) libri singuli.

1564, 8. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ, ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΩΝΟΣ συνουσιων το πρωτον.* EVCLIDIS QVINDEcim Elementorum Geometriae primum: ex Theonis Commentarijs Graecè, & Latinè. Cui accesserunt Scholia, in quibus quae ad percipienda Geometriae Elementa spectant, breuiter et dilucide explicantur, authore Cunrado Dasypodio Scholae Argentinensis professore. *ARGENTINI EXCV*debat Christianus Mylius, M. D. LXIIII. *Addendum est: ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΔΕΚΑ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΘΕΩΝΟΣ συνουσιων το δευτερον. Και ΒΑΡΛΑΑΜ ΜΟΝΑΧΟΥ ΑΡΙΘΜΗτικη ἀποδειξις των γραμμικως ἐν τῳ δευτερῳ των ϛοιχειων ἀποδειχθεντων.* Id est, EVCLIDIS QVINDECIM elementorum Geometriae secundū: ex Theonis commentarijs Graecè, & Latinè. Item Barlaam monachi Arithmetica demonstratio eorum, quae in secundo libro elementorum sunt in lineis et figuris planis demonstrata. Item, Octo propositiones Stereometricae, eiusdem cum praecedentibus argumenti. Per Cunradum Dasypodium scholae Argentinensis Professorem. *In fine: ARGENTORATI APVD* Christianum Mylium 1564. *Adiungendum est:* PROPOSITIONES reliquorum Librorum Geometriae Euclidis Graecè & Latinè, in usum eorum, qui volumine Euclidis carent. Per Cunradum Dasypodium, scholae Argentinensis professorem. *ARGENTORATI APVD* Christianum Mylium. M.D.LXIIII. —— 4 *ff.* praefixa, 189 pp.; 8 *ff.* 126 pp. et 1 vac. *f.*; 8 *ff.* 207 pp.

1571, f. Euclidis Elementorum Liber primus. Item Heronis Alexandrini vocabula quaedam geometrica: antehac nunquam edita, graece et latine. Per *M.* Cunradum Dasypodium. Cum gratia et privilegio Caesareo, atque Regis Galliae ad Sexennium. Argentinae. *Adiungendum est:* Euclidis omnes omnium Librorum Propositiones, graece et latine, editae per *M.* Cunradum Dasypodium. Cum gratia et privilegio Caesareo, Regisque Galliae, ad sexennium. Argentinae. *Etiam:* Euclidis varia scripta graece et latine edita a Cunrado Dasypodio. Arg.

1559, 8. *Ευκλειδου των πεντε και δεκα ϛοιχειων εκ των του Θεωνος συνουσιων το πρωτον.* Arg.

1800, 8. Erstes Buch der Elemente des Euclides. Für den ersten Unterricht in der griech. Sprache und Mathematik; griech. und deutsch mit Anmerkungen u. einem Wortregister. Weimar, Hoffmann. —— 21 *Gr.*

1546, 8. Euclideae arithmeticae liber primus, alias in ordine reliquorum VIImus, graece et latine, per I. Stein. Wittenb.

3c) Excerpta.

1554, 4. Euclidis Elementa quaedam Arithmetica, ex quindecim eius elementorum libris collecta, Graecè & Latinè. Lutetiae, ap. Vascosanum.

1820, 8 mai. Chrestomathia geometrica, continens Euclidis Elementorum principium graece, usque ad libri primi propositionem XXVI. et ad illud Graeca Procli, Latina Savilii aliorumque Scholia, cum notitiis historicis. Nebst einem Anhang aus Hrn. Prof. Pfleiderer's Papieren und Materialien zur Uebung in geometrischen Betrachtungen und Beweisen, vom Verf. C. F. Hauber *etc.* Mit 2 Tafeln in Steindr. Tüb., Schramm, auf Kosten des Herausg. —— XXIV, 396 pp. 1 *Th.* 18 *Gr.*

2) Data.

1625, 4. *Ευκλειδου δεδομενα, και Μαρινου φιλοσοφου εις δεδομενα Ευκλει-*

δου υπομνημα. Euclidis data: opus ad veterum geometriae autorum Archimedis, Apollonii, Pappi, Eutoccii, caeterorumque non modo lectionem, sed ad geometricae quoque analyseos instaurationem plane necessarium, et a multis diu desideratum. Claudius Hardy Sebast. Fil. in suprema Parisiensi curia advocatus, e regis Christianissimi bibliotheca graece nunc primum edidit, latine vertit, scholiisque illustravit. Adjectus est ex eadem bibliotheca Marini Philosophi commentarius graece et latine, quo dati natura, datorumque Euclideorum utilitates explicantur. Lutetiae Parisiorum. Impensis Melchioris Mondiere, in insulae Palatinae vico Harlaeo, ad insigne viperarum. Cum privilegio regis Christianissimi. —— 181 pp.

1695, 4. Euclidis Data, Graece et Latine, cum Scholiis Claud. Hardy. Lutet. Paris.

3) Optica et Catoptrica.

1557, 4. *Ευκλειδυ 'Οπτικα και Κατοπτρικα.* Euclidis Optica et Catoptrica nunquam antehac graece edita. Eadem latine reddita per I. Penam, regium Mathematicum. His praeposita est eiusdem Io. Penae de vsu optices praefatio. (*Cum scholiis graecis.*) Paris., apud Andr. Wechelum, sub Pegaso. —— 48 pp. textum graecum, et 64 pp. versionem complectentes. Rep. 1604.

1571, 8. Euclidis Optica et Catoptrica. —— *V.* Euclidis Propositiones, edente Dasypodio, *f.* 51—62 graece, et *f.* 63—65 latine. *V.* antea 2 b).

1604, 4. — Paris., du Val. —— *V.* 1557.

1801, 8. — edidit I. Glo. Schneider. —— *V.* eiusdem Eclogas Physicas. (Jn.) T. I. p. 381 sqq.

4) Rudimenta Musices.

1557, 4. *ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ Εἰσαγωγη ἁρμονικη. — Του αὐτυ κατατομη κανονος.* — Euclidis Rudimenta Mvsices. — Eiusdem sectio regulae harmonicae. E Regia bibliotheca desumpta, ac nunc primùm Graecè & Latinè excusa, Ioanne Pena Regio Mathematico interprete. Ad illvstrissimvm Principem Carolvm Lotharingvm Cardinalem. Parisiis, Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellouaco: Anno Salutis, 1557. Cvm Privilegio Regis. —— 4 pp. A pag. 5 folia numerantur usque ad 16. Versio singulari numerorum ordine 10 *ff.* complectitur. Bibl. acad. Lips.

1652, 4. Euclidis introductio et sectio canonis musici, graece et latine, interprete Meibomio. (*Cum eiusdem notis.*) —— *V.* Antiquae musicae auctores septem a Meibomio editos. (Amst., L. Elzevir.) T. I.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera omnia.*

1505, f. Euclidis Megarensis Philosophi Platonici mathematicarum disciplinarum Janitoris: habent in hoc volumine quicunque ad mathematicam substantiam adspirant: elementorum libros XIII cum expositione Theonis insignis mathematici, quibus multa quae deerant ex lectione graeca sumpta addita sub nec non plurima subversa et prepostere voluta in Campani interpretatione: ordinata digesta et castigata sunt. Quibus etiam nonnulla ab illo venerando Socratico philosopho mirando iudicio structa habent adjuncta. Deputatum scilicet Euclidi volumen XIIII. cum expositione Hypsiclis Alex. Itidemque et Phaeno. Specu. et Perspe. cum expositione Pappi mechanici una cum Marini dialectici protheoria. Bartholomaeo Zamberto Veneto Interprete. Cum gratia et privilegio per decennium. *In fine:* Euclidis Megarensis Philosophi Platonici praestantissimique mathematici explicit liber datorum ex traditione Pappi Philosophi. Bar. Zamb. Interprete. — Impressum Venetiis foelicibus auibus opus est hujusmodi aureum clarissimum: in aedibus Joannis Tacuini librarii accuratissima diligentia recognitum. Anno reconciliatae diuinitatis M. D. V. VIII. Kalendas Novembris Auspiciis foelicissimae Venetorum Re. Pu. Leonardi Lauretani: Principis sapientissimi: Cautum est tamen dominii factitione: ne quis praesens opus Venetiis recudat aut alibi impressum vendere audeat: mulcta adiuncta ut in Priv. impresso legitur.

1537, — 1546, — 1558, f. Euclidis Megarensis mathematici clarissimi Elementorum Geometricorum Lib. XV. Cum expositione Theonis in priores XIII a

Bartholomaeo Zamberto Veneto Latinitate donata, Campani in omnes et Hypsiclis Alexandrini in duos postremos. His adjecta sunt Phaenomena, Catoptrica et Optica, deinde Protheoria Marini et Data. Postremum vero, Opusculum de Levi & Ponderoso, hactenus non visum, eiusdem auctoris. Basileae apud Iohannem Hervagium, mense Augusto. Anno M. D. XXXVII. Cum privilegio Caesareo. Basileae apvd Iohannem Hervagivm, anno M. D. XXXVII. Mense Avgvsto. —— Priori praestat. Bibl. acad. Lips.

1644, 8. Cursus mathematici Tomus primus, continens Euclidis Elementorum Libros XV. Appendicem Geometriae Planorum. Data Euclidis Apollonii Pergei de loco resoluto Lib. V. Doctrinam angularium sectionum. *Etiam sub tit.*: Tome premier du Cours mathématique contenant *etc.* à Paris chez Simeon Piget, rue S. Jaques, à l'enseigne de la Fontaine. —— Latine et gallice Elementa habentur a pag. 1—800, Data a pag. 801—889. Tomo V continentur: Optica Euclidis aucta, et novis demonstrationibus illustrata, a pag. 1—86; Catoptricae Euclidis propositiones a pag. 89—125; Euclidis Musica a pag. 802—835; Euclidis Sectio regulae harmonicae a p. 835—851.

1644, 4. Universae Geometriae mixtaeque Mathematicae Synopsis et bini Refractionum demonstratarum Tractatus. Studio et opera F. M. Mersenni M. Parisiis. Apud Antonium Bertier via Jacobaea, sub signo Fortunae. Cum Privilegio Regis. —— Demonstrationes et problemata Euclidis librorum XVIII habentur a pag. 1—64; Phaenomena a pag. 249—256; Data a pag. 373—381.

Bb) *Opera singula.*

1) Elementa.

aa) *Integra.*

1482, f. *F. 1 b*: Erhardus ratdolt Augustensis impressor. Serenissimo || alme vrbis venete Principi Joanni Mocenico. S. *F. 2 a ornamento xyl. circumdatum, et rubro impressum*: Praeclarissimus liber elementorum Euclidis perspi-|| cacissimi: in artem Geometrie incipit quā foelicissime: *F. 137 b*: Opus elementorū euclidis megarensis in geometriā artē In id quoq; Campa-|| ni ꝑspicacissimi Cōmentationes finiūt. Erhardus ratdolt Augustensis impressor || sollertissimus. venetijs impressit. Anno salutis. M.cccc.lxxxij. Octauis. Caleñ. || Iuñ. Lector. Uale. —— 137 *ff.* cum *sign.* a—ꝛ4. Char. goth. exceptis columnarum inscriptionibus. Hic est liber primus, in quo figurae mathematicae impressae sunt. Interpres Campanus non ad contextum graecum sed ad versionem arabicam convertit; qua de causa versio eius neque satis accurata est, neque admodum raro occurrit. Dedicationem ex hac editione recudi iussit *Kästner* in libello suo (*v.* infra III.), ut iam *Maittaire* fecit. Aliquot exx. habent dedicationem auro impressam. Unum ex. in ch. pergam. impressum bibl. regia Parisina adservat. Bibl. acad. Lips. habet ex., quod *Kästner* in libello iam laudato descripsit. Versio ipsa saepe repetita est in seqq. editionibus. Dedicatio, quam transscribendam duxi, haec est: „Erhardus ratdolt Augustensis impressor. Serenissimo alme urbis venete Principi Ioanni Mocenico. S. — Solebam antea serenissime princeps mecum ipse cogitans admirari || quid cause esset, q' in hac tua prepotenti ꝛ fausta vrbe cum varia au-||ctorum veterum nouorumq; volumina quottidie imprimerent'. In || hac mathematica facultate vel reliquarum disciplinarum nobilissima || aut nihil aut parua quedam et friuola in tanta impressorū copia || qui in tua vrbe agunt: viderentur impressa. Hec cum mecum sepius discu||terem inueniebam id difficultate operis accidisse. Non enim adhuc || quo pacto schemata geometrica: quibus mathematica volumina sca-||tent: ac sine quibus nihil ī his disciplinis fere intelligi optime potest || excogitauerant. Itaq; cum hoc ipsum tantūmodo cōmuni omnium || vtilitati que ex his percipitur. obstaret mea industria nō sine maximo || labore effeci. ut qua facilitate litterarum elementa imprimuntur. ea || etiam geometrice figure conficerentur. Quamubrem vt spero hoc || nostro inuento he discipline quas mathemata greci appellant volu||minum copia sicuti relique scientie breui illustrabuntur. De quarum || laudibus ꝛ utilitate possem multa in presens adducere ab illustribus || collecta auctoribus: nisi studiosis iam omnibus hec nota essēt. Illud || etiam plane cognitum est ceteras scientias sine mathematibus imper||fectas ac veluti mancas eē. Neque hoc profecto negabunt Dialectici neq; Philosophi abnuent: in quoꝛ libris multa reperiuntur: que si||ne mathematica ratione minime intelligi possunt. Quam diuinꝰ ille || Plato mere veritatis arcanū. vt adipisceretur cyrenas ad Theo-||dorum summum eo tempore mathematicꝰ ꝛ ad egiptios

sacerdotes || enauigauit. Quid q' sine hac vna facultate viuendi ratio nō perfecte || constat. Nam vt de musice taceam: que nobis muneri ab ipsa natura || ad perferendos facilius labores concessa videtur: vt astrologiā pre-||teream qua exculti celum ipsum veluti scalis machinisq; quibusdam || conscendentes verum ipsius nature argumentum cognoscimus: sine || arithmetica ꝛ geometria: quarum altera numeros, altera mēsuras do||cet ciuiliter: comodeq; viuere q̄ possumꝰ: Sed quid ego ī his mo-||ror que iam omnibus vt dixi: notiora sunt q̄; vt a me dicantur. Eu||clides igitur megarensis serenissime princeps qui .XV. libris omnem || geometrie rationem consummatissime complexus est: quem ego sum||ma ꝛ cura ꝛ diligentia nullo praetermisso schemate imprimendum cu|| raui: sub tuo numine tutus felixq; prodeat."

1486, 4. — Ulmae per Io. Regerum.

1591, f. *F. 1 a ornamento xyl. circumdatum, rubro impressum:* Preclarissimus liber elementorum Euclidis perspica-|| cissimi: in artem Geometrie incipit quā foelicissime: *F. 136 b:* Opus elementorum euclidis megarensis in geometriam artem In id quoq; || Campani perspicacissimi Commentationes finiunt. Impressu; Vincentiae per || Magistrum Leonardu; de Basilea & Gulielmū de Papia Socios. Anno salutis || M.cccclxxxxi. Vigesimo. Calen. Iuñ. Lector. Vale. — 136 *ff.* cum *sign.* et char. rom. et figuris mathem. in margine positis. Sic *Hain* in Repertorio bibliogr. Vol. II. p. 325. no. 6694.

1505, f. CONTENTA. Euclidis Megarensis Geometricorum elementorum libri XV. Campani Galli transalpini in eosdem commentariorum libri XV. Theonis Alexandrini Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete in tredecim priores commentariorum libri XIII. Hypsiclis Alexandrini in duos posteriores eodem Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete commentariorum libri II. Utcunque noster valuit labor conciliata sunt haec omnia ad studiosorum non parvam (quam optamus) vtilitatem: id Magnifico D. Francisco Briconneto postulante. Si haec beneuole suscipiantur et fructum afferant quem cupimus: alia eiusdem authoris opera prodibunt in lucem, successum praestante deo et adjutoribus (ubi gentium sint) ad bonarum literarum institutionem probe affectis Gallis, Italis, Germanis, Hispanis, Anglis, quibus omnibus prospera imprecamur: et puram pro dignitate veramque cognitionis lucem. Parisiis in officina Henrici Stephani e regione scholae Decretorum. *In fine:* Impressum Venetiis aere Eruditi Viri Marci Firmani in officina Simonis Bivilaquae. Illustrissimo principe Domino Leonardo Lauredano Rem publicam moderante. Anno Domini Milesimo quingentesimo secundo. Die vero decimo mensis Novembris. — *Zamberti* versio nova et diligenter ad contextum graecum confecta est: qua re prae ceteris magni habetur.

1509, f. *Char. goth.:* Euclidis megarensis philosophi acutissimi mathematicorum omnium sine controuersia principis opera a Campano interprete fidissimo tralata. Que cum antea librariorum detestanda culpa mendis fedissimis adeo deformia essent vt vix Euclidem ipsum agnosceremus Lucas Paciolus theologus insignis altissimarum mathematicarum disciplinarum scientia rarissimus iudicio castigatissimo detersit emendauit Figuras centum et vndetriginta que in aliis codicibus inuerse et deformate erant ad rectam symmetriam concinnauit et multas necessarias addidit. Eundem quoque plurimis locis intellectu difficilem commentariolis sane luculentis et eruditiss. aperuit, enarrauit, illustrauit. Adhuc vt elimatior exiret Scipio vegius mediol. Vir vtraque lingua arte medica sublimioribusque studiis clarissimus diligentiam et censuram suam praestitit. — *Char. rom.:* A. Paganius Paganinus characteribus elegantissimis accuratissime imprimebat (*Venetiis*). — Char. goth. cxxxvi *ff.* cum figuris mathem. in libri ora positis, et litteris pictis initialibus. Bibl. sen. Lips. adservat exemplar, quod *Kästner* in libello laudato p. 14 sqq. describit. Versio est *Ratdolti*.

1516, f. CONTENTA Evclidis Megarensis Geometricorum elemētorum libri XV. Campani Galli trāsalpini in eosdem cōmentariorum libri XV. Theonis Alexādrini Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete in tredecim priores, commentariorum libri XIII. Hypsiclis Alexādrini in duos posteriores, eodē Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete, commētariorum libri II. Vtcvnqve noster valvit labor conciliata sunt haec omnia, ad studiosorum non paruam (quam optamus) vtilitatem, id Magnifico

D. Francisco Briconneto postulãte. Si haec beneuole suspiciãtur, & fructum adferãt quẽ cupimus, alia eiusdẽ authoris opera prodibũt in lucẽ, successum praestãte deo, & adiutoribus (vbigẽtiũ sint) ad bonarũ literarũ institutione prope affectis, Gallis, Italis, Germanis, Hispanis, Anglis quibus omnibus prospera imprecamur: & puram pro dignitate veramq; cognitionis lucem. Parisiis in officina Henrici Stephani e regione scholae Decretorum. *In fine f.* 261 *a*: Euclidis Megarensis clarissimi philosophi mathematicorũq; facile principis, primũ ex Cãpani, deinde ex Theonis in priores tredecim, & Hypsiclis Alexandrini ĩ duos posteriores, Grẹcorũ philosophorũ traditionibus Bartholomaeo Zãberto Veneto interprete: geometricorum Elementorum librorum quindecim. Finis. *F.* 261 *b errata et registrum*: „a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. A. B. C. D. E. F. G. H. Terni. z & Quinternus I. *habentur.* —— 261 num. *ff.* Cum figuris mathematicis. Bibl. acad. Lips.

1521, f. Euclidis Megarensis primum ex Cãpani, deinde ex Theonis in priores tredecim, et Hypsiclis Alexandrini I duos posteriores Graec. philos. tradit. Barth. Zãberto Veneto interprete Geometr. Elem. libb. quindecim. Textus de sphaera Ioa. de Sacrobosco. Cum compos. annuli astron. Boneti Latensis. Paris., ap. Sim. Colinaeum. —— Cum figuris mathem. Huius editionis notitia apud *Panzerum* deest, suppeditavit autem eam mihi *Weigelii* Adparatus litterar. (1821, 4) no. 2928.

1557, 8. Euclidis Libri XV. Cum praefatione Stephani Gracilis. Paris. —— *V.* 1573.

1566, f. Euclidis Megarensis Mathematici Clarissimi Elementa Geometrica, Libris XV ad Germanam Geometriae intelligentiam e diuersis lapsibus temporis injuria contractis restituta, adimpletis praeter majorum spem, quae hactenus deerant, solidorum regularium conferentiis ac inscriptionibus. His accessit decimus sextus liber, de solidorum regularium sibi invicem inscriptorum collationibus, tum etiam coeptum opusculum de Compositis regularibus solidis plane peragendum, Authore Francisco Flussate Candalla. Ad Carolum IX. Christianissimum Galliarum Regem. Parisiis, apud Iohannem Rogerium typographum Regium. Ex jussu et privilegio Regis. —— 204 et 9 *ff.* Rep. 1778.

1572, f. Euclidis Elementorum Libri XV. Unà cum Scholiis antiquis. A Federico Commandino Vrbinate nuper in Latinum conversi, commentariisque qvibusdam illustrati. Pisauri 1572. Cum Privilegio Pont. Max. Jacobus Chriegher Germanus. *In fine:* Pisavri. cvm licentia svperiorvm. Apud Camillum Francischinvm. M.D.LXXII. —— 12 non num. *ff.* praefixa, et 255 num. *ff.* Nitida editio, quae versionem scientia linguae rerumque factam ideoque sequenti longe praeferendam continet. Rep. 1619.

1573, 8. Euclidis libri XV. Cum praefatione Steph. Gracilis. Paris. —— *V.* 1557 et 1598.

1574, 8. Euclidis Elementorum libri XV, accessit XVI. de solidorum regularium comparatione omnes perspicuis demonstrationibus accuratisque scholiis illustrati auctore Christophoro Clavio. Romae, apud Vincentium Accoltum. *Voll. II.* —— Hac in editione primum *Clavii* commentarius eximius in lucem prodiit. Rep. 1589.

1576, f. Euclidis Elementa cum Commentariis Campani, Theonis Alexandrini et Hypsiclis. Paris., ap. H. Stephanum.

1578, f. Euclidis Megarensis Mathematici Clarissimi Elementa Libris XV. ad Germanam Geometriae intelligentiam e diversis lapsibus temporis injuria contractis restituta, adimpletis praeter majorum spem, quae hactenus deerant, solidorum regularium conferentiis ac inscriptionibus. Accessit decimus sextus liber, de solidorum regularium sibi invicem inscriptorum collationibus. Novissime collati sunt decimus septimus & decimus octavus, priori editione quodammodo polliciti, de componendorum, inscribendorum, & conferendorum compositorum solidorum inventis, ordine & numero absoluti. Authore D. Francisco Flussate Candalla. Lutetiae, apud Jac. Du Puys. *In fine:* Lugduni, ex Officina Jo. Tornaesii, Typographi Regii. —— Huic editioni (*V.* 1566) insuper insunt libri XVI. XVII. et XVIII. ab *Flussate* ipso conditi. Sed nihil iis profecit, nisi quod ad geometriae studium denuo studiosos incitavit. Rep. 1602.

1580, 8. Euclidis Elementorum Libri quindecim. Coloniae.

1589, 8. Euclidis Elementorum Libri XV, accessit XVI. de solidorum regularium

cuiuslibet intra quodlibet comparatione, omnes perspicuis demonstrationibus accuratisque scholiis illustrati. Nunc iterum editi ac multarum rerum accessione locupletati. Auctore Christophoro Clavio Bambergensi e Soc. Iesu. Romae apud Barthol. Grossum. *Voll. II.* —— Haec est *Clavii* secunda editio, non prima, ut *Rose* in Schediasmate literario p. 14. 4) opinatur. Figurae minutissimae sunt, ut ex eodem libello didici. *V.* 1574 et 1591.

1591, f. Euclidis Elementorum Libri XV. Accessit XVI. de Solidorum Regularium cujuslibet intra qvodlibet comparatione. Omnes perspicuis Demonstrationibus, accuratisqve Scholiis illustrati, ac multarum rerum accessione locupletati. Nunc tertio editi, summaqve diligentia recogniti, atqve emendati. Auctore Christophoro Clavio Bambergensi, e Societate Jesu. Coloniae, expensis Ioh. Baptistae Ciotti. *Voll. II.* —— Haec tertia editio multo auctior quam priores a. 1574 et 1589 prodiit.

1598, 8. Euclidis libri XV. Cum praefat. Steph. Gracilis. Paris. —— *V.* 1573.

1600, 8. Euclidis Elementorum Libri XV. Quibus cum ad omnem Mathematicae scientiae Partem, tum ad quamlibet geometriae tractationem facilis comparatur aditus. Coloniae apud Gosuinum Cholinum. Cum gratia et Privilegio. —— 205 pp. et 14 *ff.* *Gracilis* praefatio est praefixa. Ceterum in hac editione tantum Propositiones Euclidis, sine demonstrationibus, habentur.

1603, 8. Euclidis posteriores libri IX. Accessit liber XVI. de Solidorum Regularium cuiuslibet intra quodlibet comparatione. Omnes perspicuis demonstrationibus accuratisque scholiis illustrati nunc quarto editi ac multarum rerum accessione post primam editionem locupletati. Auctore Chph. Clavio Bambergensi e societate Iesu. Romae, apud Aloysium Zannetum, Permissu Superiorum. *Voll. II.* —— Furtim ex editione a. 1591 fortasse est expressa.

1607, 8. Euclidis Elementorum Libri XV. Accessit Liber XVI. de solidorum Regularium cujuslibet intra quodlibet comparatione. Omnes perspicuis demonstrationibus, accuratisque scholiis illustrati: nunc quarto editi, ac multarum rerum accessione post primam editionem locupletati, Auctore Christophoro Clavio Bambergensi e societate Jesu. Francofurti, ex officina Typographeia Nicolai Hofmanni. Sumptibus Ionae Rhodii. —— *V.* 1603 et 1612.

1609, 8. Euclidis Elementorum Libri XIII succinctis et perspicuis demonstrationibus comprehensi a *M.* Ambrosio Rhodio Kembergense, Mathematum Professore extraordinario in Academia Leucorea. Typis Germanianis, Impensis Pauli Helwigij. —— 593 pp. et 8 *ff.* *V.* 1634.

1612, 8. Euclidis Elementorum Libri XV, quibus cum ad omnem Mathematicae partem, tum ad quamlibet Geometriae tractationem, facilis comparatur aditus. Coloniae apud Gosuinum Cholinum. —— *V.* 1600 et 1627.

1612, 8. — per Chph. Clavium. —— *V.* eiusdem Opera Mathematica. (Moguntiae sumptibus Antonij Hierat. Excudebat Reinhardus Eltz, Cum Gratia et privilegio Sac. Caes. Majest.) T. I. Singularis huius tomi titulus a. 1611 consignatus est.

1612, 8. Euclidis elementa cum commentar. Florimundi Puteani Vatani Domini. Paris.

1615, 8. Euclidis Elementorum libri XV per *D.* Henrion, et quintum et septimum postulatum e primo Euclidis demonstrative et breviter comprobatum a Petro Antonio Cattaldo. Paris.

1619, f. Euclidis Elementorum libri XV, una cum scholiis antiquis. A Fed. Commandino Vrbinate, nuper in latinum conversi, *etc.* Ac nuper a multis mendis quibus antea scatebat, vindicati. — Pisauri, typis Flaminii Concordiae. MDCXIX. — Expensis Gn. Ingenieri, Forosemproniensis. *In fine*: apud Flam. Concordiam. M.DCXIX. —— *V.* 1572.

1625, 12. Euclidis elementa cum demonstrationibus C. Malapertii. Duaci. —— Rep. 1633.

1627, 8. — cum commentario Chph. Clavii. Coloniae.

1633, 12. —— *V.* 1625.

1634, 8. Euclidis Elementorum libri XIII, succinctis et perspicuis demonstrationibus comprehensi a *D.* Ambrosio Rhodio Kembergensi Mathematum Super. Professore publico in academia Leucorea. Editio postuma priore correctior et emendatior. Wittebergae Impensis Haered. Pauli Helwigii Bibliop. Excudebatur ab Ambrosio Rothio. —— 8 *ff.* praefixa, 594 pp. *V.* 1609 et 1660.

1645, f. Euclidis Elementorum geometricorum Libros tredecim, Isidorum et Hypsiclem et Recentiores de corporibus Regularibus, et Procli Propositiones geometricas Immissionemque duarum rectarum linearum continue proportionalium inter duas rectas, tam secundum Antiquos, quam secundum Recentiores Geometras, novis ubique fere demonstrationibus illustrauit, et multis definitionibus, axiomatibus, propositionibus, corollariis, et animadversionibus, ad Geometriam recte intelligendam necessariis, locupletauit Claudius Richardus e Societate Jesu Sacerdos, patria Ornacensis in libero Comitatu Burgundiae, et Regius Mathematicarum Professor dicavitque Philippo IV. Hispaniarum et Indiarum Regi Catholico. Antverpiae ex officina Hieronymi Verdussii. Cum gratia et Privilegio. — 12 *ff.* praefixa, 563 pp. et 25 tabb. cum figuris mathematicis.

1654, 8. Euclidis Elementorum Libri XV. Accessit lib. XVI. de solidorum regularium cuiuslibet intra quodlibet comparatione. Omnes perspicuis demonstrationibus et accuratis scholiis illustrati *etc.* Auctore Chph. Clavio. Frcf. *Voll. II.* — *V.* 1612.

1655, 8. Euclidis Elementorum Libri XV, breviter demonstrati. Opera Is. Barrow, Cantabrigiensis Coll. Trin. Soc. Hierocl. καθαρμοι ψυχης λογικης εἰσιν αἱ μαθηματικαι ἐπιςημαι. Cantabrigiae. Ex celeberrimae Academiae Typographeo. Impensis Guilielmi Nealand Bibliopolae. — 7 *ff.* praefixa, 342 pp. Adiecta sunt Data, ex editione Barrowii.

1659, 8. Euclidis Elementorum Libri XV, breviter demonstrati. Opera Is. Barrow Cantabrigiensis, Coll. Trin. Soc. Καθαρμοι ψυχης λογικης εἰσιν αἱ μαθηματικαι ἐπιςημαι. Hierocl. Londini, Excudebat R. Daniel, Impensis Guil. Nealand Bibliopolae Cantabrig. — 8 *ff.* praefixa, 352 pp. Elementa continent. A pag. 353—399: „Euclidis Data succincte demonstrata; vna cum emendationibus quibusdam et additionibus ad Elementa Euclidis nuper edita. Opera Mri. Is. Barrow habentur.“ *V.* 1655 et 1676 sqq.

1660 (1661?), 8. Euclidis elementorum libri XIII perspicuis demonstrationibus comprehensi ab Ambrosio Rhodio. Witth. — *V.* 1634.

1676, 8. Euclidis Elementorum Libri XV. Breviter ac succincte demonstrati. Opera et studio Mri. Is. Barrow, Cantabrigiensis. Coll. Trin. Soc. Nunc vicissim revisi et a cunctis erroribus expurgati. Hierocl. Καθαρμοι ψυχης λογικης εισιν αι μαθηματικαι επιςημαι. Osnabrügi apud Ioh. Georg. Schwänderum. — 4 *ff.* praefixa, 376 pp. Elementa Euclidis continentes; a pag. 377—424 habentur: „Euclidis Data succincte demonstrata, una cum emendationibus et Additionibus ad Elementa Euclidis, edita. Opera Mri. Is. Barrow, *etc.* Nunc denuo revisa et a cunctis erroribus expurgata. Osnabrugi apud Ioh. G. Schwänderum. MDCLXXV.“

1678, 12. Euclidis Elementa novo Ordine ac Methodo fere demonstrata: una cum Nicolai Mercatoris in Geometriam Introductione brevi. Lond., typis I. Redmayne.

1685, — 1711, — 1740, 8. — Lond. — *V.* 1659.

1690, f. R. P. Claudii Francisci Milliet Dechales Camberiensis e S. J. Cursus seu Mundus mathematicus Tomus I. complectens Tract. de progressu matheseos et de illustribus mathematicis, Euclidis Libros XIV *etc.* Editio altera. Lugd. — Elementa a pag. 109—260 leguntur. Editionem primam *v.* infra bb) 1a) 1660.

1692, 12. Elementa Euclidis. — In *V. P. Hosti* Recueil des Traités de Mathématique, qui peuvent être nécessaires à un Gentilhomme, pour servir par mer ou par terre. (Paris. T. III.) T. I.

1701, 8. Euclidis Elementa ... nova methodo et compendiarie demonstrata per Eliam Estorem. Neap.

1743, — (*tit. n.*) 1749, — 1769, 8. Elementorum Euclidis Libri XV ad Graeci Contextus fidem recensiti et ad Usum Tironum accommodati (*a Georgio F. Bärmann*). Lps., Sumtu Ioh. Frider. Gleditschii. — 1 *Th.* Commendanda editio. Miror, quod auctor libri Handbuch zur Kenntniss der vorzüglichsten Ausgg. der Griech. u. Römisch. Classiker ed. II. (Halberst., 1830, 8) p. 205 sine iudicio notitiam ex *Bremii* Bibliograph. Handb. T. II. p. 395 repetiit, hanc esse optimam editionem graecam et latinam, cum tamen versionem tantum habeat.

1550, f. Tomus primus operum Galeni, Complectens ea, quae ad corporis humani naturam, eiusque anatomen exquisitè cognoscendam, pertinent. Adiectis qvibvsdam ad commodam victus rationem necessariis. Elenchum librorum post Ioannis Baptistae Montani Praefationem reperies. — Tomus secundus operum Galeni, in quo de Sanitate tuenda, ac de morborum, symptomatum, & pulsuum differentiis, causis, signis & praenotionibus libri continentur. Eorum indicem versa pagina docebit. — Tomvs tertivs opervm Galeni, Medicamentorum Simplicium facultates, eorum compositionis rationem, varios detrahendi sanguinis modos, & artem morborum curatricem complectens. Librorum seriem versa pagina exhibet. — Quartus tomus operum Galeni, In quo insunt in Hippocratis De victus Ratione in morbis acutis libros, necnon in eiusdem Chirurgica & Aphorismos Commentarii. Hvic tomo adiecti sunt libri Spurii Galeno adscripti. Elenchus librorum altera pagina recensebitur. Lugduni, apud Ioannem Frellonium, M. D. L. *Voll. IV.* —— Haec editio ex altera editione Basileensi expressa est. Bibl. sen. Lips. *V.* 1554.

1550, f. Galeni Opera, latine, ex variis Interpretibus, septem voluminibus; cum Antonii Musae Brassavoli Indice. Venetiis, apud Iuntas. M. D. L. *Voll. VII.* —— In hac secunda Iuntarum editione, cuius curam Augustinus Gadaldinus in se suscepit, primum index copiosissimus ab Ant. Musa Brassavolo confectus prodiit. Praeterea haec editio in ceteris quoque auctior et emendatior quam priores est; et primo volumine, quae adhuc erant continua, a I. Bapt. Susio in capita divisa sunt. Nescio quomodo fieri potuerit, ut Choulant l. c. p. 71 (*v.* antea sub a. 1528) hanc edit. *Voll. III.* indicaret. *V.* 1528 et 1556.

1554, f. — Lugd., ap. I. Frellonium. *Voll. IV.* —— *V.* 1550. Alii editionem alteram *ib.*, a. 1536 editam esse putant; sed ea non extat.

1556, f. Galeni Opera, Latine. Editio tertia. Venetiis, apud Iuntas. *Voll. V.* —— Huic editioni pauca quaedam, quae potissimum librum de consuetudine complent, a I. Bapt. Rasario addita sunt. *V.* 1550 et 1565.

1561 — 1562, f. Cl. Galeni Pergameni omnia, qvae extant, in latinvm Sermonem conversa. Qvibvs post svmmam antea adhibitam diligentiam, multum nunc quoq; splendoris accessit, quòd loca quam plurima ex emendatorum exemplarium collatione & illustrata fuerint & castigata. His accedvnt nvnc primvm Con. Gesneri Praefatio & Prolegomena tripartita, De uita Galeni, eiusq; libris & interpretibus. Ex III. Officin. Frobenianae editione. FRO || BEN. M. D. LXII. *In fine tomi I.*: Basileae in officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium. — *Tom. II. subscriptus est:* — FRO||BEN. Basileae MDLXI. *In fine:* Basileae in officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium, Anno M. D. LXI. —— Annum 1561 omnes reliquae VI classes, praeter primam, habent. Ob Conr. Gesneri prolegomena in Galenum haec editio omnibus fere praefertur. In textu Gesnerus editionem Iuntinam tertiam sequutus est. *V.* 1529.

1562, f. Galeni omnia, quae exstant, latine conuersa, diligentia et studio Io. Bapt. Rasarii emendata, nono ordine, classib. scilicet VI. disposita, librorum nuper inuentor. aucta; acc. et illi, quos non classicos existimauit, nec non libri Galeno adscripti a Rasario tum noua interpretatione, tum plerisque correctionibus illustrati. Venet., apud Vincent. Valgrisium. *Voll. V.* —— Nova versio, in qua VI constitutae classes novo modo adornatae sunt.

1565, f. Galeni Opera omnia, Latine. Editio quarta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Ebert, Choulant et Schweiger (posterior illorum errores novis auxit) editionem quandam eamque quartam sub a. 1563 indicant, veram a. 1565 ignorant.

1576, f. — Editio quinta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Ebert, Choulant et Schweiger male aliam eamque quintam editionem sub a. 1570 indicant.

1586, f. — Editio sexta. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Huic editioni accessere commentarius II. Galeni in librum II. Hippocratis de morbis vulgaribus. Galeni in libros Hippocratis de humoribus commentarii III. Libris singulis adiecta sunt loca quoque parallela ex Hippocrate, Avicenna cet. Praeterea Hier. Mercurialis

tractatio de Galeni libris, I. Bapt. Montani ad Luc. Ant. Iuntam de ordine librorum Galeni epistola, atque vita Galeni praefixa sunt. Editor fuit Io. Costaeus.

1597 — 1600, f. — Editio septima. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Alii editionem singularem et septimam sub a. 1597, aliamque ut octavam sub a. 1600 indicant. In edenda hac editione Fabius Paulinus versiones cum graecis codicibus et impressis libris contulit.

1609, f. — Editio octava. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. V.* —— Hanc esse octavam Iuntarum editionem, Renouard et Choulanti censor firmant.

1625, f. — Editio nona. Venetiis, ap. Iuntas. *Voll. VII.* —— Haec est postrema Iuntarum editio, atque praecedentibus praeferenda. Perperam Schweiger in Handbuch der class. Bibliographie. Griechen, p. 125 has duas posteriores editiones typographiae Valgrisii adscripsit.

Bb) *Plura opera.*

α) *Sine a. notitia.*

—, f. Galeni Opera aliquot, Latine c. c. per Leonh. Fuchsium. Paris. —— Sic editio in Catalogo bibl. Upsal. T. I. p. 322 indicatur.

β) *Cum a. notitia.*

1498, f. Galenus de inaequali distemperantia. Galenus de confirmatione corporis humani. Galenus de praesagitura. Galenus de praesagio. Galeni Introductorium. Galenus de succidaneis. — Georgio Valla Placentino interprete. —— Cum Nicephori Logicis aliorumque opusculis, ab eodem versis. *In fine:* Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam 1498. die ultimo Septembris. Rep. 1499.

1499, f. —— V. *ib.* *In fine:* Impressus Vicentiae Anno Salutis || M. cccc xcix. xvii. Kalendas Ianuarias per Henricum de Sancto || Vrso *etc.* Bibl. acad. Lips.

1505, 8. Iohannici ad thegni Galieni liber ysagoge cum libro Philareti de pulsibus et libro Theophili de urinis; accedunt Hippocratis libri afforismorum a Theodoro Gaza e greco in latinum de nouo translatorum. It. Hippocratis afforismi cum III libris pronosticorum eiusdem et IV. regiminis acutorum et IV. Tegni Galeni; nec non amphorismi (?) ad unam quamque egritudinem collecti, una cum aphorismis Io. Damasceni et flosculis medicinalibus ex Corn. Celso extractis. Lugduni per Fr. Fradin. —— Idem liber prodiit cum quibusdam Avicennae et novo tractatu Almansoris et collectis Iac. de Partibus, Venetiis per Pet. Bergomensem. 1507, 8.

1508, f. Nicolai Leoniceni in Libros Galeni e graeco in latin. ling. a se translatos Praefatio. Eiusdem in Artem medicinalem Galeni Praefatio. Galeni Ars medicinalis, Nic. Leoniceno interprete. Eiusdem Opus de tribus doctrinis ordinatis sec. Galeni sententiam cum praefatione. Galeni de differentiis Febrium Libri II, interprete Laur. Laurentiano. Venetiis per Iacobum Pontium de Leucho MDVIII. —— Rep. 1509.

1509, f. — Acced. Galeni in aphorismos Hippocratis, cum ipsis aphorismis, eodem Nic. Leoniceno interprete. *In fine:* Impressum per Ioannem Maciochium Ferrariae MDIX. quarto Cal. Maii.

1514, 4. Galeni opera N. Leoniceno ĩterprete. De differētijs morborũ libri duo. De ĩęquali intēperatura liber vnus. De arte curativa ad Glauconē libri duo. De crisibus libri tres. *Infra litterae:* H S. *Infra:* Venalia habentur Parisijs in officina Henrici Stephani chalcographi, e regione scholae Decretorum sita. *In fine:* Impressum Parisijs, sed nusq̃; antea per Henricum Stephanum e regione scholę Decretorum commorantem. Anno Domini omnium cōservatoris Millesimo Quingētesimo quartodecimo, penultima die Nouēbris. —— 137 non num. *ff.* cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

1523, f. Galeni de morbis et symptomatibus libri sex. De morborum differentia liber unus: De morborum causis liber unus. De symptomatum differentia liber unus. De symptomatum causis libri tres. Guilielmo Copo Basiliensi interprete. *Aera merent Badio. In fine:* Imprimebat Iodocus Badius Ascensius ad octav. Calendas Novemb. Anno M. D. XXIII.

1524, 4. Galeni Pergameni de Symptomatum differentiis liber unus. Eiusdem de symptomatum causis. Libri tres Thoma Linacro Britano interprete. Impressum Londini in aedibus Pynsonianis Anno Christi 1524. cum privilegio a rege indulto.

1526, 4. Galeni Dissectionis venarum arteriarumque commentar. Eiusdem de nervis compendium Antonio Fortolo interprete. Parisiis ex officina Simonis Colinaei MDXXVI. —— *V.* 1529.

1526, 8. Galeni Exhortatio ad bonas artes, praesertim medicinam, de optimo dicendi genere, et qualem oporteat esse medicum. D. Erasmo Roterodamo interprete. Basileae an. M. D. XXVI. *In fine:* Basileae apud Ioan. Frob. Mense Maio. An. M. D. XXVI.

1527, 12. Galeni de morbis et symtom. libri sex. De morborum differentia liber I. De morborum causis liber I. De symto. differentia lib. I. De symptomatum causis lib. III. Guill. Copo Basileensi interprete. Parisiis in aedibus Hieronymi Denis MDXXVII.

1528, 8. Galeni de motu musculorum libri duo, Nic. Leoniceno interprete. Item Quos oportet purgare et qualibus medicamentis purgantibus et quando. (*Parisiis.*) Pressit Simon Colinaeus non minore labore quam vigilantia (nam et mutili erant hi libri et a fide Graecanica prorsus dissoni) Anno a Christo nato 1528. sexto Idus Ianuarias.

1528, 8. Galeni de differentiis symptomatum liber I. De causis symptomatum libri III. Thoma Linacro interprete. Paris., apud Simonem Colinaeum a. MDXXVIII. Novembri mense.

1529, 4. Cl. Galeni aliquot libelli per Guinterium Ioannem Andernacum partim recogniti, partim nunc primum uersi, quorum Catalogum indicabit pagina haec uersa. FRO || BEN. BASILEAE ANNO. M. D. XXIX. *In fine p.* 355: BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA PER HIERONYMUM FROBENIUM ET IOANNEM HERVAGIUM AN. M. D. XXIX. —— 355 pp. Bibl. acad. Lips. In hac editione editi extant hi libri: corporis temperaturam animi mores sequi; de vitiis animi et eorum remediis; de sectis; introductorius liber; de plenitudine; de optimo corporis statu; de bono corporis habitu; de elementis libri II; de atra bile; de tumoribus praeter naturam.

1529, 4. Claudii Galeni Libri Anatomici: nimirum de Motibus Musculorum Libri II, Nicolao Leonicero interprete. Anatomicarum Aggregationum Libri IX, Demetrio Chalcond. interprete. De arteriarum ac Venarum dissectione Lib. I. Antonio Fortolo interprete. De Nervorum dissectione, eodem interprete. De Hierundinibus, Revulsione, Cucurbitula, cutis concisione seu scarificatione Ferdinando Balamio Siculo interprete. Iacobo Carpo edente Bononiae in aedibus Io. Baptistae Phaelli Bononiensis Mense Septemb. MDXXIX.

1529, 8. Galeni dissectionis Venarum arteriarumque Commentarium. Eiusdem de neruis Compendium Ant. Fortolo interprete. Basileae in aedibus Thomae Wolffii. An. M. D. XXIX.

1529. 8. Cl. Galeni de diebus decretoriis libri III. De morborum temporibus liber I. De generalibus morborum temporibus. (*I. Guinterio* Andernaco *interprete*). Paris., ex offic. Simonis Colinaei.

1530, f. Cl. Galeni de compositione medicamentorum κατα γενη libri VII, per Io. Guinterium latinitate donati. Eiusdem de ponderibus et mensuris liber Andrea Alciato interprete. Basileae.

1531, f. Cl. Galeni Opera iam recens versa sc. Theodoro Gerardo gaudano interprete: De simplicium medicamentorum facultatibus lib. XI. Ioach. Martinio Gandavo: De alimentorum facultatibus lib. III. Io. Guintherio Andernaco: de ratione victus privatorum, in Hippocratis libell. commentar. Io. Fichardo francoford.: de libris propriis lib. I., de ordine librorum suorum, de praesagiis ex insomniis sumendis quomodo morborum simulantes sint deprehendendi, de exercitatione parvae pilae. Consilium in morbo comitiali. Basileae ex aedibus Andreae Cratandri mense Martio MDXXXI.

1531, f. Claudii Galeni de Anatomicis Administrationibus Lib. IX, de Constitutione artis medicae Lib. de Theriaca ad Pisonem Commentariolos, de Pulsibus Liber, per Guinterium latinitate iam recens donati. Basileae apud Andream Cratandrum Anno M. D. XXXI.

1533, f. Galeni de usu partium humani corporis libri XVII. Nicol. Regio calabro interprete. Eiusdem de diebus decretorum lib. III. De morborum temporibus Lib. I. de generalibus morborum temporibus Lib. I. incerto interprete. de purgantium medicaminum facultate. de his quos purgare oporteat — de Ptisana interprete Ioanne Pollio. de renum affectus dignotione et medicatione. Christ. Heyl. Wisbaden. interprete. Basileae per Andream Cratandrum et Ioannem Bebelium Anno MDXXXIII. Cal. Martiis.

1533, f. Galeni in librum Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Cōmentarij IV. Io. Vasseo interprete, nec non eiusdem de semine liber II. Io. Guin-

tero interprete. Basileae apud Andream Cratandrum Anno M. D. XXXIII.

1535, f. Galeni de Hippocratis et Platonis decretis latine Io. Bernh. Feliciano interprete. Accedunt Galeni de anatomia matricis lib. I. et de foetuum formatione lib. I. eodem Feliciano interprete. De cibis boni et mali succi interprete Ferdinando (*Balamio*) Siculo. De differentiis pulsuum. De dignoscendis pulsibus. De caussis pulsuum. De praesagitione ex pulsibus, Hermanno Cruserio interprete. Basileae apud Andream Cratandrum Anno MDXXXV.

1536, f. Marcelli viri illustris, de medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber ante mille ac ducentos plus minus annos scriptus, iam primum in lucem emergens & suae integritati plerisque locis restitutus. Per Ianum Cornarium Medicum Physicum Northusen. Item Claudii Galeni Libri IX, nunc primum latine facti opera eiusdem Iani Cornarii, quorum argumenta uersa pagina indicabit. Scil. de causis respirationis liber I. de vtilitate respirationis liber I. et de difficultate respirationis libri III. de uteri dissectione liber I. de foetus formatione lib. I. et de semine libri III. Elenchi in utrumque opus. Basileae ex officina Frobeniana Anno M. D. XXXVI.

1536, f. Galeni de causis respirationis lib. I. de vtilitate respirationis lib. I. et de difficultate respirationis lib. III. iam primum in latinam linguam conuersi Iano Cornario interprete. Basileae, apud Froben.

1536, f. Galeni de uteri dissectione, lib. I. de foetus formatione lib. I. et de semine libri III, Iano Cornario interprete. Basil., apud Froben.

1536, f. Cl. Galeni Pergameni, Medicorum post Hippocratem principis, opera omnium utilissima, a doctissimis uiris partim nunc primum latinitate donata, partim vero ad exemplaria graeca diligenter recognita. Basileae apud Andream Cratandrum Anno M. DXXXVI. —— Editor huius collectionis fuit Ios. Tectander. Continentur autem in ea Io. Guinterio interprete: De facultatum naturalium substantia; Quod animi mores corporis temperamenta sequuntur; De propriorum animi cuiusque affectuum agnitione et remedio; De sectis; De elementis libri II; De optima corporis humani constitutione; De bono habitu; De plenitudine; De atra bile; De tumoribus praeter naturam; Introductio seu Medicus; In libros Hippocr. de natura hominis commentationes II; De antidotis libri II; Io. Vasseo Meldensi interprete: De causis respirationis; De usu repirationis; De spirandi difficultate libri III. Hermanno Cruserio, Compensi interprete: In I. lib. Hippocratis de morbis vulgaribus commentatt. III; In III. libr. Hippocratis de morb. vulg. commentatt. III; In libro de salubri diaeta commentarius. Ioachimo Camerario interprete: De theriaca ad Pamphilianum. Huberto Barlando Philiatrio interprete: De paratu facilibus. Iosepho Struthio interprete: De astrologia sive prognostica de decubitu infirmorum; De urinis. Ferdinando Balamio interprete: De ossibus ad tyrones. Praeterea hic habentur Galeni liber de venaesectione adversus Erasistratum et liber de eadem adversus Erasistrateos Romae degentes, Io. Tectandro interprete.

1537, 12. Galeni de curandi ratione per sanguinis missionem liber. Eiusdem de sanguisugis, revulsione, cucurbitula, scarificatione tractatulus Theodorico Gaudano interprete. Venetiis in offic. Divi Bernardini.

1544, f. Chirurgia e graeco in latinum conuersa, Vido Vidio, Florentino, interprete, cum nonnullis eiusdem Vidii commentariis. Paris. —— Leguntur hic versi: Hippocratis libri de fracturis, de articulis et de officina medici cum commentariis Galeni. Galenus de fasciis.

1546, f. Oribasius de musculorum dissectione ex Galeno, Iunio Paulo Crasso interprete. Est autem pars libri XXV. Galeni dissectionis venarum arteriarumque commentarium. Eiusdem Galeni de nervis compendium. Antonio Fortolo Ioseriensi interprete. Paris., ex typogr. Io. Barbaei.

1550, 8. CLAVDII GALENI Aliqvot opvscvla nvnc primvm venetorvm opera inventa et excvsa, Qvorum sequens tibi pagella catalogum indicabit. *Infra insigne typ. Infra:* Lvgdvni, Apud Gulielmum Rouillium sub scuto Veneto. 1550. *In fine:* Lugduni, excvdebat Philibertvs Rolletivs. —— 151 pp. Habentur hic: de Musculorum dissectione ad Tyrones liber integer; de vocalium instrumentorum dissectione August. Gadaldino interprete; brevis denotatio dogmatum Hippocr. Conr. Gesnero interprete; Fragmentum ex IV commentariis, quos ipse Galenus inscripsit, de iis, quae medice dicta sunt in

Platonis Timaeo, Aug. Gadaldino interprete; principium commentarii I. in libr. I. Hippocratis epidemiorum, Nic. Machello interprete; Oribasii de Cucurbitulis, scarificatione, hirudinibus, derivatione et revulsione sermo, Aug. Gadaldino interprete. Bibl. sen. Lips. *V.* 1556.

1550—1554, f. Galeni aliquot opera, a Leonh. Fuchsio, Tubingensis scholae professore publico latinitate donata et commentariis illustrata. De inaequali intemperie liber. De differentiis et causis morborum symptomatumque libri VI. De iudiciis libri III. De curatione per sanguinis missionem liber I. Paris., apud Arnold. Birckmann et Iac. Dupuys. *Voll. III.* —— Volumen I. continet partem primam commentariorum L. Fuchsii in Galenum; Volumen II., quod a. 1554 prodiit, commentarium in libros de different. febrium et de temperamentis; Volumen III., a. 1554 editum, commentarium in libros de locorum affectorum notitia continet.

1550, 12. Galeni de naturalibus facultatibus libri III, Th. Linacro interprete. Acced. Iac. Sylvii cum scholia, tum epitome in eosdem libros in tabulis expressa. Additus est de naturalium facultatum substantia liber et an sanguis in arteriis contineatur, Victore Trincavello interprete. Lugd.

1556, 8. — Lgd. —— Haec editio repetitio illius a 1550 editae esse dicitur.

1556, 8. Io. Caii opera aliquot et versiones, partim iam nota, partim recognita et aucta, scil. Caii de medendi methodo libri II, de ephemera Britannica lib. I. Accedunt Galeni de libris suis lib. I. de ordine librorum lib. I. de ratione victus, sec. Hippocratem in morbis acutis lib. I. non ante editus, de placitis Hippocratis et Platonis liber primus, eodem Caio interprete. Lovanii, apud Ant. Mariam Bergagno.

1575, 12. Galeni de theriaca ad Pisonem, interprete et commentatore I. Iunene, una cum Galeni de antidotis libris II, ab Andr. Lacuna in epitomen redactis; Accedit Io. Iunenis epistola de medicamentis bezoardicis, quorum usus a peste praeservat. Antwerp. apud Io. Bellerum.

1578, 8. Galeni 1) de optima corporis nostri constitutione; 2) de pleniore habitu; 3) de inaequali intemperie; 4) quomodo simulantes morbum sunt deprehendendi; 5) de ptisana. Item et Io. Lalamantii de ptisana sui temporis libellus. Emendata per eundem Lalamantium versio latina. Heduae. —— *V.* 1579.

1578, 8. Cl. Galeni operum omnium latine propediem edendorum specimen. Galeni tractatus, quos Lalamantius edidit, consignati sunt in pagina tituli uersa. —— In hac iidem libelli versi atque in praecedente editione habentur, nisi quod Lalamantii de ptisana sui temporis libellus accedit.

1587, 12. De herba panacea, quam alii Tabacum, alii Petum aut Nicotianam vocant, ab Aegidio Euerato in ordinem redactus. [Accedunt Galeni liber de theriaca ad Pisonem, Io. Iunene interprete ac commentatore, et Galeni de antidotis libri II, ab Andrea Lacuna in compendium redacti.]

1616, 4. Cl. Galeni oratio adhortatoria ad artium liberalium studium capessendum. Idem quod optimus medicus, nisi etiam philosophus, non sit. Ex interpretatione noua Sixti Arcerii, cum notis eiusdem, in quibus partim textus graecus emendatur, partim illustratur. Franeckerae.

Cc) *Epitomae.*

1) Lacunae epitome.

1548, 8. EPITOMES Omnium Galeni Pergameni opervm, vniversam illivs viri doctrinam, & methodū, quàm accuratissimè continētis, Sectio prima-quarta. Per Andream Lacvnam Secobiensem, Doctorem Medicum, atq; ex sacro militum Sancti Petri apud urbem collegio, Auratum Equitem, summa fide atq; studio collecta. Cavtvm est Pontificia, Caesarea, et Christianissimi Regis, Augustissimiq; Senatus Veneti authoritate & decreto, ne quis impune hoc opus aut cudat, aut ab alio excusum, quàm à Hieronymo Scoto, exponat vale. *Veneliis apud Hieronymum Scotum.* 1548. *In fine:* VENETIIS. *Apud Hieronymum Scotum.* 1548. *Voll. IV.* —— Haec prima editio nitida, neque ab alio commemorata neque visa est; omnes enim editionem a. 1551 primam habent. Bibl. acad. Lips.

1551, f. Epitome Galeni operum in quatuor partes digesta, pulcherrima methodo uniuersam illius viri doctrinam complectens, per And. Lacunam. Basil., per Mich. Isingrinium. —— Ackermann in Fabr. Bibl. Gr. l. c. p. 488, quem deinde Choulant alique secuti sunt, hanc editionem nominat primam; at erraverunt.

1553, 12. *EPITOMES* OMNIVM GALENI PERGAMENI operum, uniuersam illius uiri doctrinam, & methodum, quàm accuratissimè continentis, Sectio prima-qvarta, Per Andream Lacunam Secobiensem, Doctorem Medicum, atque ex sacro Militum sancti Petri apud Vrbem collegio Auratum Equitem, summa fide atque studio collecta. Lvgdvni, Apud Gulielmum Rouillium, sub Scuto Veneto. 1553. Cum Priuilegio. *Voll. IV.* —— **Huius nitidissimae editionis tantummodo tria volumina priora indicat Ackermann in Fabr. Bibl. Gr. l. c. p. 488, itaque integram ille editionem non norat. Bibl. acad. Lips.**

1571, f. — Basil. —— **Male adnotat Ackermann huic editioni insuper accessione Lacunae librum de ponderibus et mensuris medicinalibus; iam in praecedentis editionis volumine IV. extat. Primum hic solae Andreae Lacunae annotationes in Galeni interpretes prodierunt.**

1604, f. Epitome Galeni Pergameni operum in quatuor partes digesta pulcherrima methodo universam illius viri doctrinam complectens, per Dñum Andream Lacunam summa fide studioque collecta. Accesserunt eiusdem Andr. Lacunae annotationes in Galeni interpretes, quibus varii loci, in quos hactenus impegere lectores, et explicantur, et summa fide restituuntur. Item de ponderibus et mensuris utilis commentarius. Argentorati.

2) Theatrum Galeni.

1568, f. Theatrum Galeni, hoc est, universae medicinae, a medicorum principe Galeno diffuse sparsimque traditae promtuarium, quo vel indicis loco in omnes Galeni libros, vel locorum communium instar in re medica lector utatur Aloysii Mundellae, Brixiensis, studio et labore per multos annos conditum et nunc demum editum. Basil., apud Episcopium. —— **Hoc theatrum Galeni operum praebent utilitatem indicis, in quo omnia genuina in epitomen redacta sunt.**

Dd) *Opera singula.*

1) De sectis.

1518, 4. Galenus de Sectis Medicorum, Georgio Valla interprete. Alexandri Aphrodis. de Febribus eodem interprete. Hippocratis de natura humana, Andrea Brentio Patavino interprete. Parisiis apud Henricum Stephanum in Conspectu Scholarum Decretorum MDXVIII. die XX. Aprilis.

2) De optima doctrina.

1540, f. Galeni de optima doctrina liber, latine interprete Desiderio Erasmo. —— **In eiusdem Operibus. (Bas.) T. I. p. 1058. In hoc libro Galenus disputat contra Academicos et Pyrrhonios.**

1569, 4. Cl. Galeni contra Academicos et Pyrrhonios, interprete Erasmo Roterod. Antwerpiae.

1621, f. —— **Accessit Sexti Empirici Operibus. Paris.**

3) Optimus medicus etiam philosophus.

1540, f. Galeni liber: Quod optimus medicus sit quoque philosophus. Latine interprete Desiderio Erasmo. —— **In eiusdem Operibus. (Bas.) T. I. p. 1062 sqq.**

4) Exhortatio ad bonas artes.

1526, 8. Galeni Pergameni exhortatio ad bonas artes, praesertim medicinam, de optimo dicendi genere, et qualem oporteat esse medicum, D. Erasmo Roterodamo interprete. Basileae anno M.D.XXVI. *In fine:* Basileae apud Ioan. Frob. Mense Maio. An. M.D.XXVI.

1581, 4. Galeni paraphrasi in Menodoti exhortationum ad liberalium artium studia, latine ex interpretatione Erasmi Roterodami cum annotationibus Fed. Iamotii. Lutetiae.

5) De elementis.

1541, 12. Galeni de elementis ex Hippocrate libri II, latine, ex interpretatione Ioannis Guintherii. Paris.

1550, 12. — interprete Victorio Trincavello. Lgd.

6) De temperamentis.

1498 (,f.?) Galenus de temperamentis et de inaequali temperie libri tres, latine per Thomam Linacrum. Venetiis. —— **De forma libri nihil constat.**

1588, 8. — Lgd.

7) De inaequali intemperie.

1539, 8. Cl. Galeni de inaequali intemperie Th. Linacro interprete, cum

commentariis familiaribus Io. Agricolae. Accedunt concordantiae simplicium medicamentorum in auctores praecipuos cet. Basil.

8) De naturalibus facultatibus.

1523, 4. Galeni Pergameni de naturalibus facultatibus Libri tres, Tho. Linacro Anglo interprete. *In fine:* Impress. Londini in ędibus Richardi Pynsoni regii Impressoris. Anno verbi incarnati millesimo quingentesimo vigesimo tertio. Octavo Calend. Iun. Cum priuilegio a rege indulto. —— Rep. 1540 sqq.

1528, 8. Galenus de naturalibus facultatibus et pulsuum usu; & Aegineta de diebus criticis Thoma Linacro Anglo interprete. Hos quatuor Galeni perutiles libellos nunquam prius in Gallia visos et stylo elimatiore a Guinterio Ioanne Andernaco perpolitos excusit Simon Colinaeus. Anno Salutis humanae millesimo quingentesimo vicesimo octavo, mense vero Decembri. —— Rep. 1534 sqq.

1534, — 1541, f. — interprete I. Guintherio. Paris. —— *V.* 1528 et 1547.

1540, f. — interprete Th. Linacro. Lugd. —— *V.* 1523 et 1548.

1547, 8. — Antverp. —— *V.* 1534.

. 1548, — 1550, 12. — interprete Th. Linacro. Lgd. —— *V.* 1540 et 1550.

1550, — 1560, 12. Galeni de naturalibus facultatibus libri III, Th. Linacro interprete. Accedunt Iac. Sylvii scholia doctissima, cum epitome in eosdem libros. Lgd.

9) De facultatum natur. substantia.

1528, 8. Galenus de facultatum naturalium substantia, quod animi mores corporis temperaturam sequuntur, de propriorum animi cuiusque affectuum agnitione et remędio, Latine, Ioanne Guinterio Andernaco interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXVIII. —— Rep. 1551 sq.

1550, 12. Galeni de naturalibus facultatibus libri III, cum scholiis et epitome Iac. Sylvii. Accedunt de naturalium facultatum substantia liber, et an sanguis natura in arteriis contineatur, Victore Trincavello interprete. Lgd.

1551, — 1552, 12. — interprete I. Guintherio. Paris. —— *V.* 1528.

10) De anatomicis administrationibus.

1546, f. Galeni ἀνατομικων ἐγχειρησεων, id est de anatomicis administrationibus libri IX, Io. Guintherio interprete infinitis in locis ad vetustissima exemplaria emendati atque annotationibus et argumentis illustrati. Paris., exc. Io. Barbaeus. —— Rep. 1551.

1551, 12. — Lgd. —— *V.* 1546.

11) De ossibus.

1535, 8. Galenvs de ossibvs. Ferdinando Balamio Sicvlo interprete. Lvgdvni apvd haeredes Simonis Vincentii. M.D.XXXV. *In fine:* Excvdebant Lugdvni Melchior et Gaspar Trechsel fratres. 1535. —— 43 pp. et 2 *ff.* Bibl. acad. Lips. Rep. 1535 sqq.

1535, 4. — Parisiis ex officina Christiani Wecheli. M.D.XXXV.

1535, 4. Claud. Galenus De ossibus Ferdinando Balamio Siculo interprete. Romae apud Antonium Bladum.

1546, f. — Paris. —— *V.* 1535.

1548, 4. — Paris. —— *V.* 1535.

1549, — 1550, — 1551, 12. — Lgd. —— *V.* 1535. Cum iconibus rudibus.

1551, 8. — Patav. —— *V.* 1535.

1579, 8. — Cum praefatione I. Fr. Ripensis et sceleto Vesaliana. Hafn. —— *V.* 1535.

1579, 8. — vertente Salomone Alberti. —— Rep. in seqq. edd.

1599, 8. Galeni de ossibus ad tirones liber latine, marginalibus et tabulis illustratus a I. Siegfrido. Helmst.

1613 (1614?), 8. Cl. Galeni liber de ossibus, et in eundem Iac. Sylvii commentarii. I. Riolani explanationes apologeticae pro Galeno. Paris.

1627, 8. — LB. —— *V.* 1579.

1636, 8. — Rostoch. —— *V.* 1579.

12) De causis respirationis.

1553, f. Galeni liber de causis respirationis; item de difficultate respirationis, latine interprete I. Valsaeo. Paris.

1556, f. Galeni liber de causis respirationis et de utilitate respirationis, ex versione Iani Cornarii. Basil.

13) De Hippocratis et Platonis decretis.

1534, f. Galenus de Hippocratis & Platonis Placitis, Latine, Guinterio in-

terprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXXIIII. —— *V*. 1550.

1550, 16. — vertente I. Bern. Feliciano. Basil. —— *V*. 1534, et rep. 1550, 16.

1550, 16. — Lgd. —— *V*. 1550.

1550, 12. Galeni de Hippocratis et Platonis dogmatibus libri IX, Iano Cornario interprete. Accedunt adnotationes quaedam, cum indice. Lgd.

14) De semine.

1528, 8. Cl. Galenus de semine, I. Guinterio Andernaco interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXVIII.

1533, 8. Galeni de Semine Libri duo, Latine Ioanne Guinterio interprete, cum aliquot graeci exemplaris castigationibus. Parisiis apud Sim. Colinaeum MDXXXIII.

1634, 16. — ex interpretatione Guintherii. LB., ap. Elzeuirum.

15) De usu partium.

1528, 8. Galenus de usu partium corporis humani, latine, Nicolao Regio Calabro interprete. Parisiis ex officina Simonis Colinaei MDXXVIII. —— Rep. 1531 saepius.

1531, f. — Basil.

1538, f. Claudii Galeni de usu partium corporis humani libri XVII, Nic. Regio, Calabro, interprete. Denuo exactiore cura ad graeci exemplaris veritatem castigati per Iac. Sylvium et Mart. Gregorium. Paris., in offic. Ch. Wecheli.

1550, 12. — Lgd.

16) De affectis locis.

1500, f. Galeni de affectorum locorum notitia libri VI, Guil. Copo interprete. Venetiis per Io. Hertzog.

1500, 4. Galeni de affectorum locorum notitia Libri VI, Guilelmo Copo Basiliense interprete. Venetiis per Iohannem Hertzog 1500.

1513, 4. Galeni de affectorum locorum notitia Libri sex, Guilielmo Copo Basiliensi interprete. Venales habentur in officina Henrici Stephani Chalcographi e regione Decretorum. —— Annus sub Epistola ad Franciscum regem data indicatus est, quo factum est, ut haec editio etiam sine a. notitia indicaretur.

1520, 4. Galenus de affectorum locorum notitia libri sex, Guilielmo Copo Basiliensi interprete, ex secunda recognitione. Excudebat Simon Colinaeus Parisiis MDXX. Die Februarii ultima.

1527, 12. Galeni de affectorum locorum notitia libri VI, Guil. Copo interprete. Ex secunda recognitione. —— Sine loci notitia prodiit, et repetita est 1547 saepius.

1547, 12. — 1549, — 1562, 16. — ex interpretatione Gu. Copi. Lgd.

17) De febrium differentiis.

1512, 4. Galeni de differentiis febrium libri duo, interprete Laurentiano Florentino. Venalis habetur Parisiis in officina Henrici Stephani chalcographi e regione scholae decretorum. Impressum in alma Parisiorum academia per Henricum Stephanum Chalcographum è regione scholae Decretorum commorantem: anno Christi omnium redemptoris 1512. die vero Decembris 20.

1519, f. Galeni de differentiis Febrium libri duo, Laurentio Laurentiano Florentino interprete. Venalis habetur in Officina Desiderii Maheu Chalcographi in vico Sancti Iacobi sub intersignio divi Nicolai moram trahentis. Parisiis MDXIX.

1519, 4. Libri de differentiis febrium a Galeno editi tres translationes cum antiqua Leoniceni et Laurentiani; breviter ac faciliter expositae: et degressionibus scientificis Thaddei: Dyni et Th. de Garbo illustrate a Rustico placentino ordinate et cura eius impresse in Papiensi gymnasio. Papie per magistrum Bernardinum de Garaldis.

1523, f. Galeni de Differentiis Febrium Libri duo Laurentio Laurentiano Florentino Interprete. Parisiis in Officina Simonis Colinaei e regione Scholae Decretorum commorantis MDXXIII. Mense Ianuario.

1526, 8. Galeni Pergamensis de Differentijs febrium libri duo, interprete Laurentio Laurentiano Florentino. (*Colon.*) Eucharius Cervicor. excudebat. Anno M. D. XXVI. —— 64 non num. *ff*. Bibl. acad. Lips.

1532, f. — ex interpretatione Laurentii Laurentiani. Paris.

1535, f. Galeni de differentiis febrium libri, Latine, Laurentiano interprete; et accurate per Simonem Thomam recogniti et ex fide Graeci exemplaris pene alii facti. Parisiis ex officina Simonis Colinaei MDXXXV. mense Ianuario.

1547, — 1548, 12. — ex interpretatione Laurentiani. Lgd.
1548, — 1550, 16. — 1557, 12. — ex interpretatione Laurentiani, revisi a Sim. Thoma. Lgd.

18) De usu respirationis.

1533, — 1553, f. Galenus de usu respirationis Vasseo interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXXIII.

19) De pulsibus.

aa) *Omnes libri.*

1532, f. Galeni opera de Pulsibus, Latine Hermanno Cruserio Campensi Interprete. Paris., apud Simonem Colinaeum. M. D. XXXII.
1532, 4. — interprete Thoma Linacro. Paris.
1553, 4. Galeni de pulsibus libellus latine versus cum commentariis et castigationibus Ferdin. Menae. Complut.
1556, 12. Galeni introductio in pulsus ad Theutram, vertente Mart. Gregorio. De pulsuum usu Th. Linacro interprete. Lgd.
1575, 8. Galeni de pulsibus libri XVI in Compendium redacti opera Herm. Cruser. Venet.

bb) *Singuli libri.*

1a) Introductio in pulsus.

1550, 12. Galeni introductio in pulsus, cum commentario Mart. Gregorii et eius interpretatione. Lgd.

2b) De usu pulsuum.

1522, 4. Galeni Pergameni de pulsuum usu, Th. Linacro Anglo interprete. *In fine*: Londini in aedibus pinsonianis, cum privilegio a rege indulto.
1528, 8. — interprete Th. Linacro. Paris., ap. Sim. Colinaeum.
1547, — 1549, — 1550, 12. — ex interpretatione Thomae Linacri. Lgd.

20) De diebns decretoriis.

1529, 8. —— *V.* antea Bb) Rep. est haec collectio, ut videtur, a. 1530 sqq.
1530, 8. — Paris. —— *V.* 1529 et 1550.
1550, 16. — Lgd. —— *V.* 1530 et 1554.
1550, — 1553, 12. Galeni de diebus decretoriis libri III, I. Guintherio interprete. Lgd.

1578, 4. — vertente et commentariis illustrante I. Lallemant. Heduae. —— Rep. a. 1579 sqq.
1579, 4. — Lgd.
1579, 4. — Genev. —— *V.* 1578.

21) De crisibus.

1528, 8. Clavdii Galeni Pergameni Libri tres de Crisibus, Nicolao Leoniceno interprete: nūc denuo recusi, & sibi plene restituti, atq; ad graeci exemplaris fidem (*per Ioannem Heteropolitem*) recogniti q̄ fidelissime. Lvtetiae Apud Christianum Wechel MDXXVIII. in vico Iacobęo, sub scuto Basiliensi. *In fine:* PARISIIS Anno virginei partus 1528. —— 93 num. *ff.* et 1 *f.* habens subscriptionem, et 2 vac. *ff.* Bibl. acad. Lips.
1530, — 1542, f. Galeni de crisibus Libri sex, Latine Nicolao Leoniceno interprete, ad Graeci exemplaris fidem recogniti. Parisiis ex Chalcographia Ludovici Blaublomii Gandavi impensis Simonis Colinaei. —— Rep. 1543 sqq.
1543, — 1558, 16. — Lgd. —— *V.* 1530.
1547, 4. Galeni libri de crisibus interprete Hier. Boniperto, cum adnotationibus erratorum fere CCC, quae in aliis horum librorum versionibus reperiuntur. Accedit eiusdem Boniperti quaestio: an expediat humores non concoctos neque furiosos, sed multitudine ac mala qualitate etiam peccantes inter morborum initia cum purgante medicamento minorare. Venet.

22) De difficultate respirationis.

1553, f. Galeni de difficultate respirationis libri tres, item de causis respirationis liber, I. Vassaeo interprete. Basil.

23) De plenitudine.

1528, f. Galeni liber de plenitudine. Polybus de salubri victus ratione priuatorum, Guinterio Ioanne Andernaco interprete. Apuleius Platonicus de herbarum virtutibus. Antonii Beniuenii libellus de abditis nonnullis ac mirandis morborum et sanationum caussis. Prostant in vico Iacobaeo apud Ch. Wechelum.
1531, 8. Cl. Galeni de plenitudine liber, nunc denuo recognitus, latine, Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

Parisiis excudebat Christianus Wechelus, sub scuto Basiliensi in vico Iacobaeo MDXXXI.

1539, 8. — ex versione Guintherii. Basil.

24) De tremore cet.

1536, 8. Galeni liber de palpitatione, tremore, rigore, convulsione, interprete Nic. Lavachio. Venetiis.

25) De simplicium Medicamentorum facultatibus.

1530, f. — 1543, 8. Galeni de simplicium Medicamentorum facultatibus Libri undecim, Latine, Theodorico Gerardo Gaudano interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum Anno domini MDXXIX. Non. April. *In fine:* Excudebat Lutetiae Ludovicus Cyanius Gandavus Simoni Colinaeo mense Augusto. 1530.

1547, 12. Galeni de Simplicium Medicamentorum Libri undecim, Latine, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, ad exemplar Venetum ab Augustino Ricco Medico Lucensi recognitum diligenter emendati; Item eiusdem liber de facultatum naturalium substantia, Latine, Guinterio Ioanne Andernaco interprete. Paris., apud Iacobum Gazellum. —— Rep. 1547 sqq.

1547, — 1551, — 1552, 12. — Lgd. —— *V.* 1547 et 1561.

1561, 8. — Arg. —— *V.* 1547.

26) Ars medica.

1483, f. Iohannitii Isagoge in Tegni. Liber Galieni, dictus Tegni. —— In Artisella Hippocratis. Impressum Venetiis summa cura ac sollicitudine Hermanni lictenstein Coloniensis. Anno dominici natalis. MCCCCLXXXIII. quarta kalendas aprilis. Rep. 1487.

1487, f. Iohannitii Isagoge in Tegni. Liber galieni dictus Tegni. —— Cum Hippocratis libellis, in quorum fine: Explicit hypocratis iusiurandum in cuiusdam sui libri principio inventum: et e greco in latinum conversum per Petrum paulum vergerium faciatum. Venetiis per Baptistam de Tortis MCCCCLXXXVII. die vigesimo Augusti. Ex priore editione expressa est. Rep. 1515.

1515, 8. —— In Articella Hippocratis. Lugduni per Ioannem de la place, impensis Bartholomaei troth. a fol. 109 — 125.

1519, f. Que in hoc volumine continentur. Antiqua THEGNI GALIENI translatio cum commento Haly Rodoan. Noua eiusdem GALIENI translatio cum expositione Iacobi Forliviensis multotiens impressa. Expositio eiusdem Iacobi super tertio Thegni nunquam impressa. Questiones eiusdem Iacobi super tribus libris Thegni GALIENI. *In fine:* Venetiis impensa heredum quondam Domini Octaviani Scoti — ac sociorum. 5 Martii 1519. Infra insigne typ.

1538, 4. Galeni Microtechni, latine, interprete Mart. Akakia. Paris. —— Rep. 1543 sqq.

1541, 8. Clavdii Galeni Pergameni Asclepiadeae uerae ueterisq; Medicinae instauratoris Liber absolutissimus, quem τεχνὴν ἰατρικὴν, hoc est, Artem Medicinalem, inscripsit. Latinitate donatus partim à Nicolao Leoniceno Vicentino: partim a Ioanne Manardo Ferrariensi doctissimis praestantissimisq; seculi nostri Medicis. Idem liber artis medicinalis pro bona sui parte Graece additus, quantum videlicet interpretatio capitum difficiliorum exigere uidebatur. Commentarii perbreves et familiares in eundem librū Artis Medicinalis siue Centum capitum, iam primum in gratiam studiosorum adolescentum in lucem editi per Ioannem Agricolam Ammonium Medicinarum professorem. Basileae. Anno M.D.XLI. *In fine:* BASILEAE APVD BARTHOLOMAEVM VVESTHEMERVM IMPENSIS IOANNIS OETTEL CIVIS NVRENBERG. EXCVSSVM. ANNO M.D.XLI. —— 20 *ff.* praefixa, 493 pp., et 1 *f.* in cuius pagina uersa insigne typ. Bibl. acad. Lips.

1543, f. Galeni Ars Medica, Martino Acaxiu Catalaunensi interprete. Paris., prostat in aedibus Simonis Colinaei. Excudebat Michael Vascosanus. —— *V.* 1538.

1543, 12. — Nic. Leoniceno Interprete. ex Franc. Rabelaesi Recognitione. Lgd., apud Gryphium.

1543, — 1545, 12. — latine. —— Cum Hippocratis Aphorismis aliisque opusculis. Lgd.

1544, 8. — ex interpretatione Mart. Akakiae.

1548, 16. — ex versione Mart. Akakiae. Lgd.

1549, f. — interprete Nic. Leoniceno. Basil.

1549, 8. — interpr. Nic. Leoniceno. Antwerp.

1549, 8. — interpr. Mart. Akakia. Bas.

1561, 12. — ex versione Mart. Akakiae. Lgd.

1574, 8. Cl. Galeni ars medica, latine I. Ph. Ingrassia interprete et enarratore. Venetiis, apud Iuntas.

1587, 8. — ex interpretatione Nic. Leoniceni. Helmst.

1606, 24. — latine interprete Nic. Leoniceno. Venetiis.

27) De medicamentorum compositione.

α) Sine a. notitia.

—, 8. Compendium ex Actuarii Zachariae libris de differentiis urinarum, iudiciis et praevidentiis. Vniuersalis doctrina Galeni de compositione pharmacorum secundum locos affectos a capite ad calcem. Syluula Galeni experimentorum et aliorum aliquot. Omnia per Conradum Gesnerum. Tiguri apud Froschouerum.

β) Cum a. notitia.

1535, f. Galeni de compositione Medicamentorum secundum locos, libri decem, Opus nunc primum Latinitate donatum ac in lucem editum per I. Guinterium Andernacum, publicum Scholae Medicorum Parisiensis professorem. Parisiis ex Officina Simonis Colinaei MDXXXV. —— Praemissa est Guinterii ad Ioannem a Meitzchusen Archiepisc. Treverens. Epistola, data Lutetiae anno millesimo quingentesimo tricesimo quinto, undecimo Calendas Maias.

1537, f. Galeni de compositione pharmacorum localium seu secundum locos libri X, recens fideliter conversi a Iano Cornario, una cum eiusdem Cornarii commentariorum medicorum in eosdem libros libris X. Basil.

1541, 8. Galenus de compositione pharmacorum, cum eiusdem et aliorum sylvula experimentorum, per Conradum Gesnerum. Tiguri.

1549, 12. Galeni de compositione pharmacorum localium libri X, Iano Cornario interprete. Lgd. —— *V.* 1561.

1552, 12. — I. Guinterio Interprete. Lgd.

1561, 12. Clavdii Galeni Pergameni de compositione pharmacorum localium, Libri decem, Iano Cornario medico interprete. Nunc ad fidem variorum exemplarium perspecti, & eorum recentissima collatione ab innumeris mendis emendati. *Infra insigne typ. Infra:* Lvgdvni, Apud Gulielmum Rouillium, Sub scuto Veneto. 1561. —— 16 *ff.* praefixa, 831 pp. Bibl. sen. Lips. adservat hanc praecedentis editionis repetitionem, quam nusquam commemoratam inveni.

28) De compositione medicamentorum.

1530, — 1535, (?) f. Galeni de compositione Medicamentorum κατα γενη Libri septem, Latine, Ioanne Guinterio Andernaco interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum 1530.

29) Methodus medendi.

1514, f. Galeni Therapeuticorum libri XIV, latine, Th. Linacro interprete. Paris.

1519, f. Galeni Methodus medendi Thoma Linacro interprete. Parisiis sumptu Godefridi Hittorpii spectata fide mercatoris apud Desiderium Maheu MCCCCCXIX. Mense Iunio.

1519, f. Galeni Methodus Medendi, vel de morbis cvrandis, Thoma Linacro Anglo interprete libri XIV. In fine apposuimus, quae ipse Linacer recognovit in Opere de sanitate tuenda. M. D. XIX. *In fine:* Lvtetiae svmptv Godefridi Hittorpii Spectata fide Mercatoris apvd Desiderivm Maheu Mense Iunio Anno MDXIX. —— 16 non num., et CLXXXVII num. *ff.*, et 3 *ff.* errata contin.

1527, 4. Galeni methodus medendi, vel de morbis curandis Thoma Linacro interprete libri XIV, post gallicam impressionem II. MCCXXV. castigationibus decorati, quos idem interpres recognovit. Venetiis.

1529, 8. — interprete Th. Linacro. Basil.

1530, — 1538, 8. Galeni methodus medendi, Latine, Th. Linacro interprete. Paris., apud Sim. Colinaeum.

1546, 16. — 1549, 8. — vertente Tho. Linacro. Lgd.

1680, 4. *Casp. Hofmanni* praxis medica curiosa h. e. Galeni methodi medendi libri XIV, nova accuratissima versione et perpetuis commentariis et castigationibus illustrati. Adiecta sunt nonnulla in epidorpismatum vicem, cumprimis de dicterio illo, medice vivere esse pessime vivere cum oratione Io. Georg. Volkameri, cura Seb. Schefferi. Francof.

30) Ad Glauconem libri.

1528, — 1537, 8. Claudii Galeni de arte curativa ad Glauconem Libri duo, Nicolao Leoniceno interprete. Parisiis apud Simonem Colinaeum MDXXVIII.

1538, 12. — ex versione Nic. Leoniceni. Venet.

1538, 4. Galenii de ratione curandi ad Glauconem libri II, Martino Akakia interprete. Eiusdem interpretis in eosdem libros commentarii. Paris. —— Rep. saepius.

1542, 8. C. GALENI Pergameni de ratione cvrandi ad Glauconem libri duo, Interprete Martino Acakia Catalaunensi, doctore medico. Eiusdem interpretis in eosdē libros Commentarii. Venetiis apvd Ivntas M.D.XLII. *In fine*: Venetijs apud haeredes Lucae Antonij Iuntae Mense Octob. M.D.XLII. *In pagina versa Iuntarum insigne typ. habetur.* —— 8 *ff.* praefixa, 365 pp. Hanc editionem, quam bibl. sen. Lips. adservat, rarissimam habeo; nusquam enim eam commemoratam inveni; ne *Ebert* quidem in Iuntiarum editionum conspectu, quem lexico bibliographico suo adiecit, eam adnotavit.

1547, 8. — interprete Mart. Akakia. Venetiis.

1547, 8. — interprete Mart. Akakia. Lgd. —— *V.* 1551.

1549, 12. Galenus de arte curativâ; Latine, Nicolao Leoniceno Vincentino interprete. Lugduni apud Gulielmum Rouillium sub scuto Veneto.

1549, 8. Galeni de ratione curandi ad Glauconem libri duo, Latine, interprete Martino Acakia Catalaunensi medico regio, cum eius commentariis. Paris., apud viduam Iacobi Gazelli.

1551, 8. — latine per Nic. Leonicenum. Lgd.

1551, 12. Cl. Galeni Pergameni de ratione cvrandi ad Glavconem libri II. Martino Acakia Catalaunensi Doct. medico interprete. Commentarii eivsdem in eosdem libros. *Infra insigne typ. Infra*: Lvgdvni, Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto. 1551. —— 412 pp., et 10 *ff.* indicem continentia. Bibl. sen. Lips.

1787, 8. — interprete Mart. Acakia. Paris.

31) De curandi ratione per venaesectionem.

1539, 8. Galenus de curandi Ratione per sanguinis missionem, Latine Theodorico Gaudano interprete. Paris.

1546, 8. — 1550, 12. — interprete Leonh. Fuchsio, cum eiusdem commentario. Lgd. —— Fuchsius versionem multo emendatiorem, adhibitis codd. mstis Vatic., reddidit.

1547, 8. — ex versione Mart. Acakiae. Venet. —— Rep. 1547 sq.

1547, — 1551, 12. — Lgd. —— *V.* 1547.

1556, 12. — latine, cum I. B. Montani explicationibus. Lgd. —— Rep. 1558.

1558, 8. — Complut. —— *V.* 1556.

1570, 4. — latine cum commentario I. Nic. Rogerii. Campan.

1628, 4. — cum commentario Hier. Nunii Ramirez. Olisip.

1625, 8. — cum commentario Ferd. Menae. Aug. Taur.

1649, 8. — interprete Guidone Patino, curante Lud. Bauot. —— In *Ph. Guiberti* collectione Medicorum officiosorum. Paris.

32) De marasmo.

1533, 4. Galeni de marasmo liber, latine, interprete Herm. Cruserio. Paris., apud Ch. Wechelum.

33) De attenuante victus ratione.

1547, — 1549, — 1550, — 1570, 16. Galenus de attenuante victus ratione, latine. Martino Gregorio interprete. —— Cum libris de alimentorum facultatibus. *V.* infra.

34) De sanitate tuenda.

1517, f. GALENI de sanitate tuenda Libri sex Thoma Linacro interprete. Impressum Parisiis per honestum virum Guliehnum Rubeum Typographum MDXVII. Undecim. Calend. Septembr.

1523, 4. — interprete Th. Linacro. Venetiis.

1526, 8. Galeni Pergamensis Medicorum omnium fere principis, de sanitate tuenda libri sex interprete Thoma Linacro Anglo: eque huius recognitione novissima et emendati nunc et excusi. In aedib. Eucharii Colon. An. M.D.XXVI. *In fine*: Coloniae impensa integerrimi bibliopolae *M.* Godefridi Hittorpii civis Colonien. mense Ianuario.

1526, 4. — ex interpretatione Th. Linacri. Paris.

1530, — 1538, f. Galeni de sanitate tuenda libri sex, latine, Thoma Linacro interprete; ad Graecum exemplar denuo collati. Ex officina Ludovici Blaublomii Gandavi, impensis honestissimi viri Simonis Colinaei. Parisiis 1530.

1538, 8. — vertente Albano Torino. Basil.

1541, 8. Clavdii Galeni pergameni medicorvm omnivm facile principis de sanitate tuenda libri sex, à Thoma Linacro Anglo latinitate donati, & nunc recens annotationibus sane luculentis, & quae commentarij uice esse possint, à Leonharto Fuchsio scholae Tubingensis professore publico, in studiosorum gratiam, illustrati. Adiecto duplici indice, utroq; locupletissimo. *In annotationum fine:* Tvbingae apvd Vlricum Morhardum Anno M.D.XLI. —— 16 non num. *ff.* praefixa, 170 num. *ff.*, et 1 vac. *f.* Annotationes numerum foliorum singularem habent. Bibl. sen. Lips.

1548, — 1549, — 1559, 16. — Th. Linacro interprete. Lgd.

1680, 4. Vita Medica, hoc est Galeni ὑγιεινῶν, siue methodi sanitatis tuendae libri VI, noua eaque omnium accuratissima versione et perpetuis commentariis et castigationibus illustrati a Casp. Hofmanno. Curante Sebastiano Scheffero. Francof. —— Laudandi commentarii minus ad interpretationem quam ad diaeteticam faciunt.

35) De alimentorum facultatibus.

1530, 4. Galeni de alimentorum facultatibus Libri tres, Latine, Ioachimo Martinio (*Gregorio*) Gandavo interprete. Paris., apud Simonem Colinaeum. —— In praefixa ad lectorem epistola de graeca Galeni editione, quae ex Asulani officina prodiit, multis locis mutilata ac depravata conqueritur.

1547, — 1549, — 1550, — 1570, 12. Galeni de Alimentorum Facultatibus libri III; item de attenuante victus ratione liber. Latine, Mart. Gregorio interprete. Lgd.

1633, 12. Galeni de alimentorum facultatibus libri III, ex Mart. Gregorii interpretatione pluribus in locis emendata. Subiunctus est alimentorùm index graecus, latinus, gallicus, belgicus. LB.

36) De bono et malo succo.

1530, 8. Claudii Galeni Pergameni de Euchymia et Cacochymia, sive de bonis malisque succis generat., Ioa. Quinterio interprete. Adiecta est Pselli Commentatio de victus ratione. Paris., apud Sim. Colinaeum.

1546, 8. Galeni de bono et malo succo liber unus a Sebast. Scrofa in latinum conversus, multis in locis castigatior, quam ante prodiit. Paris., ap. Ch. Wechelum. —— Rep. 1547.

1547, 12. — ex versione Seb. Scrofae. Lgd.

1570, 16. — latine ex interpretatione Ferd. Balamij. Lgd. —— Augustinus Gadaldinus interpretationem Mart. Gregorii, quae in Iuntinis editionibus exhibetur, ad exemplarium graecorum fidem emendavit.

37) De revulsione etc.

1539, 8. Galenus de Revulsione, Cucurbitula et Scarificatione, latine Theodorico Gaudano interprete. Paris.

38) De dignotione ex insomniis.

1549, 12. *Augerii Ferrerii*, Tolosatis medici, liber de somniis. Hippocratis de insomniis liber. Galeni liber de insomniis. Synesii liber de somniis. Lgd.

39) De animi adfectuum dignotione et curatione.

1541, 4. Galeni libellus: De ea quae ex Insomniis habetur Affectionum dignotione, latine Iusto Velsio interprete. Antverp.

1596, 4. Galeni libellus: Quemadmodum quis animi sui adfectus dinoscat et corrigat, Ioanne Caselio interprete. Helmaestadii. —— Est versio lucubratissima, cum scholiis maxime ethicis.

40) De praenotione.

1540, 4. Galeni de praenotione ad Epigenem liber, latine Leonh. Iacchino interprete, cum explanationibus. —— Impressionis locum non indicatum inveni.

41) De antidoto.

1533, f. Galeni de Antidotis libri duo, a Ioanne Guinterio nunc primum Latini-

tate donati; et de remediis paratu facilibus, eodem interprete. Paris., apud Simonem Colinaeum.

1607, 4. — latine cum notis Fr. Tidicaei. Thorunii.

42) Introductio sive Medicus.

